Quod dignitas rerum attendi debet ac natureͅ: vt queͅ in eodem
genere dignitate natureͅ preͅstant: ea minus dignis in oratione an
teferantur: vt viri feͅminis: ortus occasui: dies nocti: secundeͅ res
aduersis: honesteͅ turpibus. ⁊ multa ad hunc natureͅ modum simi
lia: hoc verum cum aliqua verba sese immediate sequntur:
Nihil enim impedit: si a se distantia fuerint: ⁊ in diuersa orationis
posita parte: aut ad diuersum tempus ordinẽq3 relata: queͅ mino/
rem dignitatẽ habeant posse dignioribꝰ anteferri. vt in hoc exem/
plo. Cum ingens agmen prius mulierũ: de hinc virorũ in manus
hostium peruenisset: secuta est subito cunctis in rebus captiuitas.
Idem in separatis videri multo facilius] est. Decimũ preͅceptũ
Cauendum est ne verba in oratione ociosa sint: ne superuacua: ne
nihil agentia. quod vicium qui euitare volet: sẽp genus sueͅ spe/
ciei anteponet. vt Castor ⁊ pollux: fratres gemini cũ finitimis bel
lum gerebãt. Supuacue igiť ⁊ inepte diceret gemini fratres. Nã cũ
omẽs gemini fratres sint: nihil opꝰ erat: cũ gemini dixisset fratres
adiicere. ¶ XI. Qđ verba rebꝰ de quibꝰ loquimur sint accomodata
ne plus minusve ꝙ dignitas rei postulabit significare videantur.

Nam qui agricolā illustrē: aut regem parcū inter laudandū appel/
lat: non mediocriter vicium incurrit: quoniā illic adiectiuo amplio
ri: hic angustiori q̄ rei natura poscat vtatur. ¶ Duodecimū: Qd
non abutamur vnius verbi significatione pro altero: in quib9 nul
la similitudo reluceat. vt si fundū eruditū appelles: aut militē sine
armis instructum incedere ad bellum dicas. Opus itaq3 erit pro/
priam significationem verborum a grammaticis repetere: et rerum
naturas consulere: quis ornatus rebus de quib9 sit accommodan/
dus. ¶ Decimumtertiū: Qd inter adiectiuū et substantiuum ali/
que interponant dictiones: que profecto ex omnibus partib9 grā
matice orationis cōmodissime summi possunt. vt Amplissimam.
M. T. C. facultatem rationēq3 dicendi ingenio studio atq3 doctri
na consecutus est. Item Summā equidē Maria leticiam suscepit
cum sibi ab angelo filium dei se pariturā nunciatū est. Item. Tam
multa legisti librorū volumina q in virum tandem peritissimum
euasisti. Item. Magnum supra vires onus desumpsi: qui de reb9
diuinis dicturus sum. Cauendū tamen ne nimium abinuicem se/
parentur: q orationē obscuram faciant. vt in hoc exemplo. Nulla
satis probata apud ciues suos virtus est. Non tamen semper cō/
cinnū esse videtur: q adiectiuū a substātiuo intermediamus: si me
liorem presertim sonoritatē habere videatur vt continuo collocen
tur. quod euenit potissimū: si adiectiuū et substantiuū in genitiuo
positū: aliud adiectiuū et substantiuū cui subordinat: fuerit inter/
locatum. Aut cum adiectiuū comparatiuū vna cū substantiuo fue
rit in genitiuo positū. Aut cum aliquā magnam alicuius rei vehe
mentiam importet. Et etiam aliquando adiectiuū positiuū vel su/
perlatiuū in omnibus casibus positū decenter cōtigue tractari po
test. Sed potissimū participia omnis temporis cum in concomitā
tia vel subsequētia continentur: sine intermediatione collocari so/
lent. Exemplū de adiectiuo et substantiuo in genitiuo posito. vt
eximia pristini nostri amoris magnitudo me vehemēter adhortat

vt par mutui beneficij retributio a me tibi referatur. Item. Excel-
lens tue familie dignitas: et preclarus spectate virtutis splendor:
et exardescens fruende virtutis desiderium ad studiū te plurimum
incitare debent. Exemplum vbi adiectiuū comparatiuū cum sub-
stantiuo in genitiuo ponitur. vt neminem video callidioris inge-
nij: perspicatioris intelligentie: accuratioris excogitationis: ingeni
osioris scientie: studiosioris diligentie: amplioris doctrine: prestā
tioris eloquentie: q̄3. M. T. C. extitisse. Exemplū vbi magnā ve-
hementiā importat: quod contingit in ablatiuo. vt. Qui egregias
bonarum artium disciplinas summa voluntate: accuratissima con
templatione: et quottidiano studio complexi sunt: eas quas exinde
sperarunt emolumentorū rationes faciliter consecuti fuerunt. Ex-
emplum vbi adiectiuū positiuum ponitur cum substantiuo in o-
mnibus casib⁹ sine intermediatiōe. vt Marcus Aurelius vir of-
ficiosus et prudens: cuius virtus tante est intelligentie: tante inte-
gritatis: tante constantie: tanteq3 modestie: vt ei tanq̄ fido socio
et homini sapienti plurimū debeam: Illum igitur ad te proficiscen
tem vt hominem rectum et ingeniosum artificem: ita tibi commen
do vt meum affinem et gratum hominē. Nam et ego ipso claro ge-
nere nato: et insignibus moribus expolito: atq3 alijs magnis virtu
tibus predito in omnibus meis negocijs familiariter fretus sum
Exemplum de adiectiuo superlatiuo. vt Lucius Crassus vir peritis
simus: cui⁹ vt hominis integerrimi fides mihi explorata est: a me
plurimū diligitur. nam et sibi tanq̄ homini amicissimo et procura
tori vigilantissimo rationes meas agendas libenter cōmittere so-
leo: nec vnq̄ ipsum optimum amicū derelinquam: quemadmodū
ego ipso Lucio Crasso viro officiosissimo vtor familiarissime: ita
etiam a te peto: vt cause sue tanq̄ si mea res ageretur: te maximo-
pere accomodare velis: quo gratius mihi nihil efficere poteris.
Exemplum vbi adiectiua participia omnis temporis sine interme-
diatione ponuntur. vt Cum in Senatu causam tuā agere cepissē:

Salustio decernente: consulibus audientibus: prefectis legationi/
bus: ceteris magistratibus fautoribus: senatꝰ est dimissus: obmis/
sis etiam alijs creandis magistratibus: Itaqꝫ res in alium diē de/
lata est: de qua quicquid actuꝫ fuerit te certiorem reddam. ¶ De/
cimumquartū preceptum. Quod orationes ab adiectiuis sepius
q̄ a substantiuis incipere debeamus: ⁊ hoc a positiuis comparati/
uis ⁊ superlatiuis: simplicibꝰ ⁊ compositis. Item a relatiuis sub/
stantie ⁊ accidentis. Itē a participijs in ans vel in rus vel in dus
vel in tus desinentibus. Item a pronominibus primitiuis ⁊ deri/
uatiuis. de quibus omnibus exempla per ordinem sequuntur.
Exemplū de adiectiuo positiuo. Magnū ego a te beneficiū me re/
cepisse profiteor: pro quo vniuersam meam tibi operam defero.
Item Immortalia enim in me benemerita liberalissime profecta
sunt: que nulla vnq̄ mea delebit obliuio. Exemplū de compara/
tiuo. Maius mihi officiū prestare non potuisses: q̄ illud quo tu
me hodierna die amicissime perornasti. Exemplū de superlati/
uo. Maximum profecto illud tuum erga me promeritū: quo ego
a te cumulatissime exornatus sum: reputo mihi summū summope/
re gratissimū. Exemplum de adiectiuis compositis: vt permul/
ta: permagna: perclara: permaiora: perclariora: q̄maxima: q̄iocun/
dissima: q̄amplissima. Exemplū de relatiuo substantie. Qui ti/
bi ex me fructus debentur: cum idonea mihi facultas offeret: eos
profecto q̄vberiores suscipies. Exemplū de relatiuo accidentis
Qualia enim ab alijs officia recepimus: talia plerunqꝫ reddere so/
lemus. Exemplū de participio in ans. vt Inuigilantes virtutibꝰ
homines ⁊ bonarū artiuꝫ studijs iugiter insudantes: maxima sem/
per fui beniuolentia prosecutus. Exemplum de participio in rus.
vt Daturum operam virtutibus Albertum nostrum q̄ scribis: mi/
rum in modum gaudeo. Exemplū de participio in dus. vt Ex/
colendus ab omni hominum genere penitus est Christus: qui o/

mnium hominũ est conditor ⁊ bonorum elargitor: Exemplum
de participio in tus. vt Consecutum se opera mea commoditates
q̃plurimas Ciceronẽ tibi retulisse vehementer letor. Exemplũ
de pronomine primitiuo. Ego semper tibi amicissimus esse volui:
quia tu me semper plurimum peramasti. Item. Me quidem in a/
micitia si aliquando experiri volueris: amicum profecto tibi com/
peries optimum atq; paratissimũ. Exemplum de pronomine de/
riuatiuo. Mea quidem diligentia tibi semper futura est paratissi/
ma: quia tuã in me beniuolentiã cognoui mihi semp̃ q̃promptissi
mã. ¶ Decimũquintũ preceptum. Quanq̃ ab adiectiuo apposito
vel supposito principium summere orationis commodissimum sit
quia tamẽ aliquando accidit vt dictiones alię multipharie nõ mi/
nus in orationis principio optime iacere ⁊ pulchre resonare viden
tur: non incommodum visum est ab eis principium orationis cõ/
stitui posse: quę profecto dictiones ex omni genere atq; manerie
octo partium grammaticę orationis commodissime sumi potue/
runt: vbi adiectiuationes non tibi commode succedent: quod per
plura videre exempla pulchrum iudicabis. Exemplũ de nomine
proprio in principio orationis posito. Brutus quem in his tibi lit
teris commendo: cum mihi sit omnium amicissimus: tum etiam
maximis est virtutibus exornatus. Exemplum de nomine appel
latiuo. Homines enim illos quos duplices esse cognoui: vt vnum
verbis dicant: alterum autem re sentiant: nisi ipsi aliqua probabili
fortasse ratione ad hanc fictionem compellantur: apud me sem/
per parũ valere debere cõstitui. Exemplũ de verbo actiuo. Ama/
bo te semp̃ atq; summope diligã: quoniã tu omia ꝓ me liberaliter
effecisti. Exemplũ de passiuo. Videor enĩ te videre cũ tuas lego
litteras: sed doleo cũ appellor immerito a te negligens: cum scri/
bendi facultatem non habuerim. Exemplũ de verbo inter est. vt

Intereſt plurimum virorũ prudentium internoſcere que ad eorũ rempub. recte gubernandam pertinere videantur: Exemplum de verbo placet & ſimilibus. Placuit ſemper ac libuit maximopere principibus ſapientibus accuratiſſime perſcrutari: quid ſuperiori/ bus aliis principibus acciderit: vt ſuppeditet eis quid eueniet aut eos agere oporteat. Exemplũ de gerundio. Agendum eſt aſſiduo vt officioſum aliquid conſequamur. Exemplũ de ſupino. Rela/ tu multorum nobis ſignificatum eſt maximũ officioſum te virum eſſe factum: quo plurimũ certe gaudemus. De participio ſupra in proximo dictũ eſt precepto. Exemplum de prepoſitione. Ad. x. cal. Maii ad vrbem cum veniſſem vt de multis ac variis rebus tecum cõmentarer: te reperire non potui. quas igitur res te coram agere volebam: per litteras abſens breuiter ſignificabo. Item ex/ tra iocum ſunt ea profecto que tibi ſcribo: que certe ſunt a te dili/ gentiſſime conſideranda. Item: Poſt deum noſtrum omnipoten tem & parentes qui me genuerunt neminẽ habeo: quem magis te diligam: magis excolem: magis obſeruem: neq; maiori q̃ te beni/ uolentia complectar. Item vſq;quo ſpiritũ perducere potero non ceſſabo me tibi gratiſſimum demonſtrare. Item. Ab omnibus ho minibus hi merito deridentur: qui clariſſimas bonarum artiũ di/ ſciplinas vilipendunt. Item. Coram te cum affuero ea tibi decla/ rabo: que & gratiſſima fore & cõmodiſſima tibi videbuntur. Itẽ. de omnibus rebus que ad te pertinent: quaſq; mihi curandas prece/ piſti quid egerim ex his litteris cognoſces: quas tibi Gaſparinus meo nomine conſignauit. Exemplũ de aduerbio. heri literas ad te ſcripſi: hodie vero atq; nunc de te cogito: cras etiam meis te lit teris viſitabo: diligenterq; res tuas pertractabo: vt aliquando in/ telligas me ſemper & iam olim de tuis ornamẽtis & cõmodis ma/ ximopere cogitare. Item Verũ enimuero niſi tandem meliorem viuendi conſtitutionẽ deſumpſeris: conſpicio te maxima ſubiturũ incõmoda. Itẽ. Forſitan parua hec incõmoda quib⁹ inpreſentiarum

afficeris: in maximuꝫ tibi emolimentuꝫ in poſteruꝫ redundabunt. Jtē Vix fere me contineo quin ad te aduolem: ⁊ ea tibi ſignificē: que ſi feceris tibi plurimū conducent. Exemplum de interiectio/ne. Heu mihi cur ego tuis omnibus incōmodis non affueri. nam maximis te pꝛofecto curis atqꝫ moleſtijs foꝛtaſſe liberaſſem. Jteꝫ Hem bone Jeſu ita exoꝛo vt nobis perpetuo ſis adiumento. Jtem Pape ita ne ſe res habet vt narraſti Marce Tulli. Jtē Atat quas huic noſtre reipu. futuras iminentes calamitates narrat Sempꝛo/nius. Jteꝫ. Vha ita ne ab his decipiendus ego ſemper ſum: quo/rum rationibus plurimuꝫ me accomodare ſoleo. Exempluꝫ de cō/iunctione. Et tecum libenter adeſſem: ⁊ me tibi libentiſſime acco/modarem: ſi magne mee atqꝫ aſſidue cogitationes ac occupatiōes hoc mihi permitterent. Jtem. Si in hoc meo negocio adiumentuꝫ mihi tuuꝫ pꝛeſtiteris: perficiam pꝛofecto ꝙ te beneficiuꝫ mihi pꝛe/ſtitiſſe letaberis. Jtem. Jgitur cum tu plurimuꝫ mihi ſemper ob/fuiſti: noli expectare vt pꝛo his tuis in me iniurijs debeaꝫ magnis te meis beneficijs exoꝛnare. Jtem. Nunq̄ vllum fuit tempus in quo non maximaꝫ atqꝫ firmiſſimaꝫ tuoꝛum in me benemeritoꝛuꝫ memoꝛiam continue complexus fuerim: pꝛo quibus equidem iam tibi cumulate ſatiſfeciſſem: ſi idoneam tibi ſatiſfaciendi facultatem mihi comparare potuiſſem. Jtem. An tibi ego vnq̄ nulla in re cō/tradicturus ſim: qui te mihi ſemper omnibus in rebus q̄ facillimū pꝛebuiſti. Jtem. Saltem verbis te mihi cōmodare velis te obſe/cro: ſi re ipſa adiumento mihi eſſe non poſſis aut non velis. Et q̄ plurima ad hunc modum de omnibus partibus oꝛationis pote/ris excogitare exempla. ¶ Decimūſextuꝫ pꝛeceptū. Quod diſtri/butiuis ⁊ partitiuis nominibꝰ cōmodiſſime vti poſſumus: cū aut alicuius negocij partitioneꝫ quandaꝫ facere volumus: aut certaꝫ a/liquaꝫ animi determinationeꝫ declarare nitimur. De qua ratione hoc exempluꝫ conſpicere potes. Quod. Catbo ⁊. L. Clodius a me

plurimuz diliguntur: neqz eniz imerito eos maximi facio: Nam tum alter mihi doctrinam ministrauerit: alter vero magnas mihi rerum facultates prestiterit: non possum abduci quin cum alteri⁹ virtute adauctus sim: alterius autem copijs adiutus existam: alteri maxime debeam: alterum etiam admoduz diligam: quoruz vtro magis gaudeam aut magis vti velim non facile diiudico. Preterea sepenumero euenire videmus: vt in comparatione reruz multaruz: aut aliud alio laudabilius vel turpius demonstrare: aut commodius: aut deterius persuadere: aut iustius vel iniquius significare volumus: tunc comparatiua videntur omnino necessaria. De quo hoc tibi exempluz trado. Si ex omnibus hominibus qui maximam tibi beniuolentie coniunctionem profitentur. vnuz tibi potissimuz adoptasti: qui dignitatem tuaz maximopere tueretur: neminem profecto cōmodiorem diligere potuisses: q̄ Pomponiuz: cuius studium pro auctoritate tua collustranda tam maximū extitisse constat: vt neqz maiorem operam: neqz studiosiorem curam: nec ardentiorem beniuolentiam: nec promptiorem quidem diligētiam quisquam prestare tibi potuisset. Insuper id quidem concinnum est: si in omni pene modo dicendi frequentemus superlatiua nominalia vel participalia aut aduerbialia. quod multis ex causis a nobis fieri idoneum esse videtur. Nam cum in primis ipsa superlatiua propter magnam reruz resonantiam magis splendidā reddant orationem: tum etiā efficiunt: vt dicentis sententia longe verior ⁊ efficacior esse videatur. Preterea ipsa superlatiua dicēdi stilum reddunt magis amplū: magis longum: magis opimū. Quod cum ita sit: apte satis superlatiua que vsui tuo se accōmodabūt arbitratu tuo pertractare potes. De quibus hoc exemplum tibi patefacio. Qō Antonio tam familiarissime semper fretus sum: tam sūmopere eū diligam: vt ego summa cū ipso sim familiaritate cōiunctus: non est profecto mi Lentule: q̄ vlla moueri debeas admi

ratione. nam cū is & summo mihi semper amore prestiterit: & vigilantissimā pro rebus meis diligentiam declarauerit: & amplissimā mihi libertatis beneficentiā patefecerit vt nullum summū hominis amantissimi liberalissimiq3 officiu3 pretermiserit: neq3 vllum maximu3 pro salute mea periculū subterfugere voluerit: iniquum esse duxi nisi ego etiam virum me sibi q̄gratissimum: & omnibus suis cōmodis & ornamentis q̄promptissimū demonstrarē. ¶ Decimumseptimū preceptu3 est: Qd oratio frequenter obliqua sit: id est a posterioribus in recta constructione incipiat: siue id quod verbo supponit: verbum ipsū antecedat siue postponatur. Exemplū primi. vt Neminem posse ad eloquentiam accedere Crassus inquit nisi qui multarū rerum prius scientia instructus sit. Exemplu3 secundi. hanc vnam esse ad bene beateq3 viuendum compendioru3 viam inquit. Socrates: vt tales simus quales indicari apud alios volumus. ¶ Decimumoctauū preceptum. Quoniā genitiuus in oratione rhetorica sepenumero occurrit necessario tractand⁹: eius igit̄ pertractādi ratio erit diligēter cōsiderāda. Genitiu⁹ ergo preposterе collocet̄: vt illis dictionib⁹ quib⁹ subordinatus ē preponat̄ cōcinnā ꝑfecto sonoritatē iportat: & magno oratiōi clari⁹ intelligēdi adiumēto esse videt̄. De quo hoc tibi exemplū describo. Cū Ciceronis scripta quoꝝ inumerabiles constāt cōmoditatis oportunitates: eos semꝑ plurimū oblectarūt: quorū anim⁹ officiosis rebus semꝑ fuit exposit⁹. nō igit̄ mirū ē: si ei⁹. Marci. T. volumia a meipo accuratissimo quidē studio fuerit ꝑtractata. Itē. Christi ꝑcepta q̄ diligēter obseruāt: eternā gloriā optime ꝯsequunt̄. Itē Oratoris ꝑmi ꝑcepta a multis maximope celebrant̄. Ita datiu⁹ casus in cōpositiōe ornāde oratiōis ꝑpostere posit⁹ bonā reddit sonoritatē. vt Christo qui se tradunt: optimam viuendi rationem eligunt. Item. Maiori quidem cure dignitas tua mihi esse non potuisset: cum aliud nihil dies nocteiq3: q̄ de rationibus tuis excogitem.

¶ Decimumnonū preceptū. Quod casus temporales qui a plerisq̄ in ablatiuo casu collocari solebant: ab oratoribus in accusatiuo consueuerunt tractari: vt & melior fieret resonantia: & efficacior constaret oratio. Et q̄ hoc sit celeberrimū sequens videre potes exemplum. Ego enim multos annos excogitaui qua ratione hoc fieri posset: q̄ omnes christianorū principes atq̄ potestates: iniurijs: odijs: ac simultatibus obmissis: tanta essent amoris charitate coniuncti: vt ex omnibus ipsis tam validissimus fieret exercitus: q̄ ipsi maxima potentia freti: infidas gentes atq̄ barbaras oppugnare possent: Que huiuscemodi cogitatio mea: quia tam honesta & optabilis esse constat: non cessabo dies noctesq̄ mecū animo peruoluere: si quid fortasse conducibile ex hac re posset elici. Quod si aliquando factum: aut constitutū esse viderē: tunc vite cōmutatio (vt mihi videor) molesta mihi accidere non posset: Poterit similiter accusatiuus non temporalis: in cōpositione orationis prepostere poni. Vt. Christū qui vere diligunt: eorū animas eterne beatitudini consecrant. Itē. Studiosos equidē homines nitor immitari: vt virum me doctum reddere possim.

¶ Vigesimū preceptum. Ablatiuus in concomitantia positus: tum orationes plurimum dilucidare videtur: Tum etiam narrationum breuitati potissimū est accommodatus: qui ablatiuus huiusmodi: sepenumero deducitur: aut a nominib[9] proprijs hominum locorum & prouinciarū: aut ab appellatiuis nominibus & verbalibus & participijs: aut ab adiectiuis distributiuis: & ceteris etiam positiuis compatiuis & superlatiuis: atq̄ pronominibus primitiuis & deriuatiuis coniunctis cum nominibus appellatiuis cognominibus & verbalibus atq̄ participijs. De quibus hec pauca exempla conspice. vt Superioribus iam priscis temporibus florente Roma Numa Pompilio rege: respublica tunc recte gubernabatur: Verum fluentibus annis. Lucio Silla & Lucio Visu/

rena consulibus: intercumbante Caio Mario nouo consule desi/
gnato: ciuilis discordia crudeliter insanire cepit: qua in longum ni/
mis deducta communis salus ciuitatis acerbissimum est passa de/
trimentum. deinde paucis post annis potentioribus rerum poti/
tis: dominante luxuria: nimia exorta iam ambitione: imperandi
cupiditas conualescere cepit: sed auctore Cicerone: sapientia in cō/
ueniendis magistratibus: et consilijs administrandis suffragante:
respublica a direptionibus liberata est: expulso presertim. L. Ca/
thelina: et socijs oppressis. Item. Imperante Octauiano augusto:
auctore deo patre: duce Iesu christo: adiuuante spiritusancto: in/
tercedente virgine Maria: fauentibus celorum constellationibus:
omnibus etiam diuinis fatis consentientibus: salutifera claritatis
lux diuinitus nobis exorta est: qua duce animas nostras rationi/
bus mundane vite recte constitutis: eterne felicitati consecrare va/
leamus. Item. Christo omnium bonorum amplissimo largitore qui
gratiarum adiumenta petunt: vt recte id egerunt aliquando conse/
qui poterunt. Item. Studiosis equidem viris sedulo studio liben/
ter vsus sum: vt illustratus eorum virtutibus exaggerari valeam.

¶ Vigesimumprimum preceptum quod est generale circa nomen et
omnes orationum partes: videlicet. Si substantiua nobis tractan/
da contigerint siue propria siue appellatiua tam hominum q̄ mu/
lierum omnium animalium atque locorum: rerūque ceterarum tam ce/
lestium q̄ terrestriū: diligenter inspicere et accurate considerare de/
bemus: que sit illorum natura substantiuorum: que vis: que digni/
tas: que prestantia: que nobis cum recte perspecta et prudenter co/
gnita fuerint: ea nos faciliter admonebunt: vt substantiuis illis
idoneas conuenientes proprias cōmodas et condignas nominum
vel participiorum adiectiuationes positiuas compatiuas siue su/
perlatiuas adiungere debeamus: que recte et concinne et rei contra/
cte esse videantur: et etiā substantiuis in genitiuo positis: que alijs

etiam substantiuis in regimine subordinantur: addamus alia sub/stantiua que sibi cōmode & congrue addere valeamus. Addo etiā q̄ alie cetere dictiones aliarū partium orationis eadē ratione vt nomina vel participia debent esse rei de qua agitur conuenientes. Que omnia vt clarius percipi possint in sequenti patent exemplo Quoniā in. M. T. Cicerone summo & celeberrimo quidē oratore: tanta erat dicendi vis: eloquentie facultas: agendi ratio: tanteq; ei us cōstabāt orationis diuitie. vt sibi esset insitū a natura: q̄ in ipso esset acutū ingenium: graues sententie: intenta memoria atq; ge/stus oratorius: omnia poterat animo percipere: memoria custodi/re: rempub. administrare: & alia cetera gubernare. Erat etiā eius Ci ceronis: sapienter suū in rebus agendis consiliū explicare: mente prouidere: oratione persuadere: auctoritate probare: qui etiam ami corum saluti consulebat: multorum insolentie resistebat: homini/bus virtute preditis familiariter vtebatur: bonos mirifice dilige/bat: vitijs deditos odiose fugiebat: omnia etiam ipsius Ciceronis in rempub. prouisa prudenter: responsa acute: librata accurate: in/cepta libenter: perfecta diligenter: gubernata moderate: acta con/stanter: administrata sapienter esse constabant: Omnia preterea benedicēdi precepta: ab ipso callidissime animaduersa: verbis de/signata: generibus illustrata: & partibus distributa fuerunt: omnes deniq; prestantes philosophie rationes: ad bene beateq; viuendū optime pertinentes: ab eodem Cice. fuerunt prudentissime excogi tate: cōmodissime descripte: & diuinitus illustrate. Ergo ipse Cice/ro diuina prudentia instructus: excellēti ingenio preditus: perspi/cacissima animi fortitudine munitus: incredibili temperantia de/coratus: maxima integritate conditus: singulari modestia illustra/tus: integra fide insignitus: grauissima humanitate nobilitatus: cla/rissimis moribus expolitus: omni recta viuendi institutiōe cumu latus: & ceteris prestantibus virtutibus exaggeratus: & huiusmo/

di summis excellentib⁹ diuinisq3 virtutibus eius: p omnes totius orbis terrarũ regiones atq3 partes: clarissimã nominis gloriam ⁊ amplissimã virtutũ exterminationẽ: sibi celeberrime comparauit.

¶ Uigesimumsecundũ preceptum est circa pronomina: Quoniã pronomina ⁊ proprietatem quandã nominum subintelligunt: ⁊ promptitudinẽ magnam important: ⁊ demonstrationẽ rerũ ⁊ animorum. Et huiusmodi adiectiua esse constat: que per se in multis ac varijs dicendi generib⁹ locum habent. Ex quibus equidẽ pronominibus quanq̃ multas in dicendo cõmodas rationes elicere possemus: tamen aliquas video preter ceteras diligentius esse notandas. Una eni hec ratio cõsiderãda est: q̃ istis genitiuis quinq3 pronominũ mei: tui: sui: nostri: ⁊ vestri minime vti debeamus: nisi cum expressum substantiuu3 habere non videantur: qui profecto huiusmodi genitiui absq3 substantiuo expresse posito tunc reguntur ab huiuscemodi adiectiuis: qui aut copiosam quandã abundantiam important: aut promptum amorem vel odium significãt aut efficacem aliquam cupiditatẽ demonstrant: vt in hoc patet exemplo. Cum Manfredus Sonciensis fidei amore plenus: mei studiosissimus ⁊ tui amantissimus: cuius dignitatis ego sum magis auidus q̃ sui affines: per meas tibi litteras cupiat se plurimu3 cõmendari. ego autem amore sui maiora facerem: hoc a te peto: vt ipsũ Manfredũ tua benignitatis gratia recipias exornandũ: hoc tibi persuadens neminem te tui amantiorem esse habiturum. Altera est consideranda monitio: Qd̃ hec quinq3 deriuatiua pnomina: meus: tuus: suus: noster ⁊ vester: quanq̃ p se constẽt esse adiectiua: alia tñ eis adiectiua sibi idonea addenda sũt: que illoꝝ adiectiuoꝝ substãtiua ita adiuuẽt: vt coꝝ substãtiuoꝝ prestãtiã aut dignitatẽ aut ãplitudinẽ, aut naturã aut ꝯueniẽtiã magis demõstrẽt ac longe clariorẽ ⁊ magis ꝓmptam orationis sniam explicent. De quo hoc te expedict exemplum. Optima enim mea erga te tuosq3

omnes beniuolentię coniunctio: & clarissimę tuę tuorūq; virtutes ac etiam amplissima tua in me meosq; benemerita efficiunt: vt officiosa nostra beneficiorum receptorum memoria: immortalibus nostris in nos officijs mutuo correspondere teneatur. Ex quibus quidem duabus considerationibus habes: ꝙ pronomina primitiua atq; deriuatiua ad multiplicandas orationes plurimum valét: & commode rhetoricam exaugent elocutionem. De quo etiam sequens tolle exemplum. Eximia equidem illa tuę liberalitatis amplitudo: ex qua me plurimum exaggerasti: iure ipso a me depostulare videtur: vt non solum res omnes meas: sed etiam meipsum totum pro omnibus tuis commodis & ornamentis exponere teneam. Preterea ex relatiuis substantię & accidentis: nostras aut multiplicare: aut continuare: aut variare commodissime orationes possumus: quę licet orationes sine relatiuo proferri simpliciter possent: adiuncto tamen sibi relatiuo longe fiunt copiosiores longeq; apertiores. Possemus enim sine relatiuis nude ac simpliciter orationem in hunc explicare modum. Ego propter magnum Ciceronis in me amorem: & propter insignes eius virtutes: atq; propter multa & magna sua benemerita eum plurimum diligo. Sed ex relatiuis substantię interpositis sic multiplicari potest. Ego enim cum propter magnum Ciceronis in me amorem: quem semper optimum fuisse cognoui: tum propter eius virtutes quas celeberrimas equidem & insignes esse conspicio: tum etiam sua erga me benemerita: quę ab ipso multa quidem & magna recepi: eum profecto mirifice diligo. Itē sine relatiuis accidentis nude ac simpliciter sic dici posset. Cum Marcus Cato pro salute suę patrię multa quidem egerit: non igitur immerito ipsum bonum semper ciuem fuisse dicimus. Quę oratio ex relatiuis accidentis sic multiplicatur: Cum talem Marcus: Cato ratione reipublice. se ciuem semper pręstiterit: qualem benemeritę reipublicę

possidere desiderant: tantaqȝ benemerita in patriam suam contu/
lerit: quanta rectus ciuis iure ipso conferre debet: totqȝ pro cõmu
ni salute pericula perpessus fuit: quot alius quiuis solitus esset su/
stinere: non igitur immerito omnes Catonem ipsum bonum virũ
⁊ optimum iudicare possunt. Relatiua etiã accidentis: vt sunt ta
lis: tantus: tot: ⁊ his similia: multiplicant orationes cum post il/
las orationes ex huiuscemodi relatiuis confectas: necessario sequa
tur illa coniunctio infinitans: vt vel ꝙ: aut sua correspondentia q̃
lis: quantus: quot ⁊ similia: quę coniunctiones vel relatiua sint al/
terius sequentis orationis principium: ⁊ sint causa: ꝙ aut vna alia
oratio: aut plures etiam orationes subsequantᷣ. vt in his patet ex/
emplis. Numa Pompilius Romanorũ rex officiosissimus: talem
se reipub. gubernatorem pręstitit: tantũ Romanę patrię adiunxit
totqȝ Ro. ciuibus beneficia contulit: ꝙ vniuersa Romanorũ pa/
tria immortales sibi gratias referre tenetur. Item Gn. enim Pom
peius tales a. M. Cicerone patrocinij fructus recepit: tantas est
ex ipso laudes consecutus: totqȝ immortalibus eius beneficijs ex/
aggregatus esse videtur: vt nisi ipse Pompeius beneficiorum im/
memor haberi velit: perpetua debeat ipsum Cice. beniuolentia cõ
plecti: ⁊ pari sibi meritorũ vicissitudine respondere. Simili etiã
modo de relatiuis substantię exempla sumere posses: quę propter
breuitatẽ nolo enarrare: ⁊ potuissem tot tibi dedisse pręcepta: quot
conspicis considerationes. ¶ Vigesimũtertium ergo pręceptũ si/
militer circa pronomina sume: videlicet Qđ hoc relatiuum Qui
quę: quod: non construatur immediate cũ suo antecedẽte: sed in/
ter relatiuum ⁊ suum antecedens verbũ interponatur aliquod. vt
homines diligo qui paci ⁊ studio vacant. alias: qui paci ⁊ ocio stu/
dent. Cicero eloquentissimus fuit: qui cęteris in dicendo pręstitit
Platonem omnes in primis laudant: qui rerum diuinarũ cogni/
tionẽ ante alios aperuit. Nonnunꝙ etiam ornatus causa relati/
uum suo antecedenti pręponitur. vt Quos in vrbe tumultus exci

tasti: multarum seditionū principium & causa extiterunt. Simi/liter interdum a relatiuo incipimus orationem nullo antecedente expresso. vt Que tua humanitas est: maiorem beneficiorum rationem ꝙ iniuriarum habebis. Que tua modestia est: ferenda equo animo contumeliam hanc iudicabis. Nec solum in casu recto: sed in ablatiuo etiam hac dicendi ratione nonnunꝙ viri eloquentissimi vsi sunt. vt: Qua animi prudentia semper extitisti nunꝙ dubi/tatur: omnia te prudenter consultoqȝ facturū. Hoc autē relatiuū Is ea id immediate post suum antecedens collocetur. vt. P. Afri/canus: is qui Chartaginem magna sperantem: leges Romanorȝ coegit accipere: omnes summos bellorum duces laude gloriaqȝ antecessit. ¶ Vigesimumquartū preceptū Circa verba erit necessariū Animaduerti enim ꝙ plurimum in compositione dilucidandi sti/li hoc preceptum esse diligenter obseruandūȝ: vt fini orationis nostre verbum aliquod personale vel impersonale: siue finitum: siue infinitum: aut actionem aut passionem significans sit collocandū Nam quemadmodum vias faciens: cum multum ambulauerit di/uersorium videat vbi itineris finem & quasi laboris sui terminum esse intelligit plurimū recreatur: ita etiam ex verbis in fine oratio/nis terminatis: cum sententia illius totius orationis ante tacte a/pertius explicetur: fit vt legentis animus meliori quidē intelligē/tia acquiescat. Et si illud verbuȝ longum fuerit aut plurimuȝ reso/nans: concinniorem profecto si in fine orationis terminatur: ꝙ si in media aut alia orationis ipsius parte collocat̄: sonoritatē pre/stabit. de quibus exempla per ordinem videre pulchrū iudicabis quibus scilicet modis: quibusqȝ rationibus ipsa verba siue singu/la: siue plura in fine orationis collocentur. Exemplū vbi vnū ver bum finitum actionem significans vnice orationi inseruiens in fine orationis terminatur. vt Ego enī homines claris virtutibus preditos tantopere diligo: vt nulla res tam maxima esse posset: quam non ego pro illis libenter perficerem. Exemplū vbi ver/

bum finitum in fine positum: duabus inseruit dictionib⁹. vt Cau
sam profecto meā iam faciliter impetrassem: si amor: si gratitudo
in quibusdā hominibus extitisset. Exemplū vbi duabus oratio/
nibus verbū inseruit: vt ego quidem id semper egi: vt & me tibi a
micissimum extitisse: & tuis omnibus me nunq̄ defuisse intellige/
res. Eodem quoq; modo verbū in fine positum: tribus: quattuor
vel pluribus siue dictionibus: siue orationibus posset accōmoda/
ri. De pluribus dictionibus exemplū tolle. Nos cum prudentię
cum iustitię: cum temperantię inuigilauerimus: vitam equidē of/
ficiosam faciliter perducemus. De pluribus orationibus hoc sit ti/
bi exemplū. Miror enim plurimū cur mihi aduerseris: cum ego
semper tibi plurimū inseruire: affinibus sedulo fauere: atq; ami/
cis tuis vehementissime opitulari studuerim. Exemplū vbi duo
verba finita: quorū quodlibet vnicę orationi inseruiat in fine ora
tionis contigua terminantur. Ego enim rationes omnes: ex quib⁹
pro maximis tuis in me officijs merito tibi gratificari possim: ex
quiro. Exemplum vbi tria verba finita: quorum singulū singulę
orationi inseruiat in fine orationis terminatur. vt Quoniā ea qui/
dem ratione ad studiū scientiarū accessimus: vt bonarū artiū vir/
tutem consequamur: danda est igitur opera diligēs: ne ex ipsis stu
dijs nisi postq̄ virtutē illam quā assequi desideram⁹: adepti fueri
mus: recedam⁹. Exemplū vbi verba finita tria numero vnicę ora
tioni inseruientia in fine orōnis collocant̄: quę sententiā cōfirma/
tiorē efficiāt. vt ego q̄dē tantope te diligo: colo: magnifico: q̄ totā
causā tuā libētissime suscepi: curaui pfeci. Pōt etiā ante verbū fi/
nitū vnū vel plura verba infinita collocari: vt supra ex aliquib⁹ ha
bes exemplis. Et tria nūc tibi subnectere curabo: vt omēs eni ho/
mines q̄ recte viuere volūt: deū in p̄mis colere debēt: & diuina p̄ce
pta seruare tenent̄. Itē. Singularia enim tua in me officia merito
efficiunt: vt habeam memoriam tue dignitatis: quam diligenter
obseruari studeo. Item Marcum eni Ciceronē ex magna eius fa/

cultate tantũ facere posse:ꝗꝓ meam causam eius vnius opera ꝛ dili
gentia me assequi posse confido. Simili etiã per omnia ratione
verba passioné significantia in fine orationis commode sunt collo
canda: De quibus pauca propter conformitaté actiuorum tibi ex/
empla trado. vt illi profecto viri ab omnibus facillime diliguntur:
quorum virtutes clarissime conspiciunť. Item Littere a te mibi se
penumero mittuntur: ex quibus omnes tue vite rationes optime
declarantur. Item a nobis sepissime noua intelliguntur: que cum de
bono statu significentur: maxima profecto cum iocunditate audi/
unť. Verba item neutralia: deponentia: cõmunia: impersonalia
tam actiue: ꝗꝓ passiue vocis: ꝛ plura alia verba in fine oratiõis po/
sita: elegantiã reddere solent. Exemplũ de neutrali verbo. Est eni
virorum bonorũ atqꝫ prudentum: vt omnibus faueant ꝛ inseruiãt
nemini noceant: ꝛ officiosis rebus inuigilent. Exemplũ de depo/
nenti. vt tam ꝛsi ob summas occupationes meas: vel frequenti fa
miliaritate nostra: vel litterarum visitatione minime vtor: tuorum
tamen beneficiorũ recordor: quorum nullis quidem temporibꝰ o/
bliuiscor. Exemplũ de cõmuni. vt Prestantissimas bonarũ artiũ
disciplinas assidua studendi exercitatione complectaris: maximo/
pere te bortor: quoniam be sunt ex quibus bomines plurimũ ve/
nerant. Exemplũ de verbo impersonali actiue vocis. Ea me opi/
nione atqꝫ viuendi ratione spero fore: vt nunꝗꝓ me peniteat. Ex/
emplum de verbo impersonali passiue vocis. Vt sibi quidem cum
nibil perscribas a nobis alienum esse factum in omnibus estimať
ꝛ tuum remissum scribendi officium plurimũ coarguitur: ꝛ vebe/
menter etiam accusatur. Item Ab amicis equidé tuis itur quotti/
die: venitur: vigilatur: atqꝫ contenditur: vt quo desideras perue/
niatur. Exemplũ vbi verba benefit: malefit: satisfit in fine oran
de orationis cõmode terminantur: vt Tu vide ꝗꝓ magni inter nos
intersit atqꝫ referat': vbi enim affinibus tuis atqꝫ amicis pro suis
n te officijs malefit: a nobis beniuolis nostris plurimum benefit

atq3 semper cumulatissime satisfit. ¶ Vigesimumquintū preceptū est: q sicut verba finita in fine orationis posita: egregiā quandam habere resonantiā. & gratam afferre solere intelligentie terminatio nem constat: sic infinita etiā verba cum sint in fine presertim orati onis cōmode collocata: legentiū aures admodū oblectant: & aper tā profecto sententiarū & animo explicationē representāt: Anim aduertas igitur qua ratione: quove ordine ipsa infinita persona/ lia aut impsonalia: siue singula: siue bina: siue trina: vel ptigua: vel intermedia in fine orationis collocent: De quib⁹ hec pauca que se quunt exempla dabo. Et primo sit exemplū de verbo infinito in fine posito: vnice orationi inseruienti. vt Si viri boni volumus es se: non debemus aliquid cōmittere: quod alijs hominibus nostra culpa possit obesse: Exemplū vbi duabus inseruit orationib⁹: vt cū hec presens vita humana admodū breuissima cōstet: & alia quā anima sequitur sit futura sempiterna: si anime nostre consultū iri desideramus. vtilius est nobis a deo q hominibus adamari. Ex/ emplū vbi duo verba infinita in fine posita duabus orationib⁹ in/ seruiunt: vt cum tu semper diligentissimus extiteris: non solū salu tem meā: sed etiā omniū meorū incolumitatē velle querere: mihi ego etiā videor: vllum non modo officiū: sed vllā etiā in tuos dili gentiā sine maxima culpa posse preterire. Exemplū vbi tria ver/ ba infinita in fine orationis contigue posita vnice orationi inser/ uiunt: vt Cum nihil hominibus optatius euenire debeat q diui/ nam sibi gratiā velle posse compare: certe vt eā homines sibi adi/ piscerentur omnia vellēt studere agere debere. Exemplū vbi plu ra verba infinita ab vno verbo finito dependēt: vt In supiorib⁹ te litteris admonui: quid te agere oporteret: quid cōstituere: quid cu rare: quidve in omni ratiōe deliberare. Exemplū vbi verbū infini tū fore ab antiquo verbo fuo fuis quod nūc nō est in vsu: qd semp cōsequēs signat sc3 futurū esse: vt & nullo mō temp⁹ presens signi ficare solet: in fine oratiōis cōmode collocat: vt Marc⁹ eni Lice.

qui maximis a te officijs se exornatũ esse profitet: amplissimas ti/
bi gratias agit: desideratq3 aliquãdo fore: vt cumulatissime tibi sa
tisfaciat. id enim aget libẽtissime: quoniã ipsum gratissimũ esse co
gnoui: hoc igit exploratũ habeas velim: Ciceronẽ semp tuũ esse fo
re. Participia preterea: gerũdia: ⁊ supina i fine itẽ oratiõis aptis/
sime poni possunt: Sed de his exempla videre poteris infra i pre
cepto: vbi dicemus de participio. ¶ Vigesimũsextũ preceptũ: Qd
ante verbũ vel participiũ in fine orationis collocatũ psepe aliqua
dictio lõga ponat: que plixa dictio preter egregiã illã sonoritatẽ
quã affert verbũ vel participiũ positũ in fine: efficit etiã oratiõis
stilũ magis extensũ magisq3 opimũ Que dictiones ex omnib9 par
tibus grãmatice orationis deduci possunt: de qua ratione pauca ti
bi exempla proponã: reliqua tu facillime cõsiderabis. Exemplu3
vbi nomẽ adiectiuũ superlatiuũ ante verbũ in fine orationis ter/
minatũ cõtigue locat: vt si bonarũ artiũ disciplinis operã accuratis
simã adhibueris: fructus ex ipsis ꝙ amplissimos cõsequeris. Ex/
emplũ vbi aduerbiũ superlatiuũ iuxta verbũ in fine orationis po/
nitur. vt Nullũ eni3 agẽdi aut cogitãdi locũ pretermittẽs res tuas
diligẽtissime curaui. Exemplũ vbi participiũ ante verbũ cõtigue
locat: vt Quintũ enim Fabiũ ita pro dignitate tua vidi laborantẽ:
vt eum virũ equidẽ diligentẽ existimẽ. Exemplũ de gerũdio an/
te verbũ collocato: vt Cũ bonarũ artiũ disciplinas necessarias esse
ad bene beateq3 viuendũ existimẽ: ea igit ratione virtutib9 a nobis
inuigilandũ est: vt dum ipsis recte fruemur aduerse fortune min9
succumbendũ sit. Exemplũ de supino iuxta verbũ posito: vt ego
enim hac semp opinione ductus fui: vt in vero ingenio veraq3 do
ctrina plurimũ dignitatis ⁊ emolumẽti constitutũ putem. ¶ Vige
simũseptimũ preceptũ est circa hoc verbum Sum es est: quod ita
verbũ cõmodissimũ esse cõstat ⁊ necessariũ: vt in omnibus ei9 mo
dis: tempibus: numeris ⁊ psonis tantas afferat oportunitates ad
multas ⁊ varias oratiões in dicẽdo ptractãdas: vt omnium pene

verborũ pater ⁊ adminiculũ merito iudicari possit. Nã ꝑterea tem/
pora verborũ passiuorũ: deponentiũ: cõmuniũ ⁊ neutrorũ defecti/
uorũ: tũ etiã infinita: participia: gerũdia: ⁊ supina: ipso verbo ꝗsę/
pissime tantũ indigẽt: vt aliqñ vim suã cõmode q̃dẽ exprimere nõ
possent: nisi verbũ ipsum Sum es ẽ: eis ipsis adminiculet̃: ⁊ in oĩ
oratiõis parte suũ pręstaret adiuuamẽtũ. Et omittẽdo exempla in
quibus dictio est: aliqñ pertinentiã iportat: aliquãdo officiũ signi/
ficat: ⁊ aliqñ ꝓprietatẽ demõstrat. Exemplũ ponamꝰ vbi dictio: est
post participiũ in fine oratiõis cõmode locari solet: vt Marcꝰ eni
Brutus in causa nostra ita diligẽs est: ꝙ omẽs ꝑfecto ratiões quę
nobis ꝓdesse possũt studiosissime ꝑtractãs est. Jtẽ Tantã eni ope
ram Quintꝰ hortẽsius eloquẽtię studijs adhibiturꝰ ẽ: ꝙ orator q̃/
dẽ celeberrimꝰ propediẽ futurus est. Exemplũ vbi dictio: est: post
gerundiũ collocat̃. vt hoc a nobis diligẽter obseruandũ ẽ: vt bona
rũ artiũ studiũ officiosissime a nobis pertractandũ ẽ: aut studendi
officiũ enitẽdũ ẽ. Exemplũ vbi dictio ẽ post supinũ ponit̃: vt Qđ
a te mihi mãdatũ ẽ studiosissime quidẽ ꝑfectũ ẽ. Jtẽ hoc eni ẽ faci/
le dictu: sed nõ facile factu ẽ. Notaui etiã ꝙ post infinitiuũ esse a/
pte collocãt̃ participia oĩuꝫ tẽporũ: quę ⁊ elegantẽ hñt ꝯsonantiã:
⁊ gratã itelligẽtię terminationẽ relinquũt: vt hęc quę sequũt̃ exem
pla declarãt vt Accuratissima illa quidẽ agẽdi cura quã vidimꝰ Cu
rionẽ ꝓ te esse sustinentẽ: satis nos admonere videt̃ vt ipsum Cu.
in rebꝰ tuis iudicemꝰ esse diligentẽ. Jtẽ Quid mihi de rebꝰ tuis cu
randũ mãdasti velim tibi ꝑsuadeas id me libẽter esse facturum. Et
multa ad hũc modũ similia exempla. ¶ Xxviij. pręceptũ. Quanꝗ̃
in rhetorica oratione struẽda hoc sit pręceptũ pręter cętera diligẽ/
ter obseruandũ: vt in fine oratiõis verbũ aliquod colloceť: qđ ora/
tionem splendidã: pręstantẽ: ac plurimũ resonantẽ efficiat: ꝑsępe
tñ ꝯtingit: vt verba illa quę i oratõe cõcurrũt collocãda: aut breuia
sint: aut parũ efficacia: aut q̃si muta: aut paꝝ resonãtia: aut fuerint
adiectiuũ aliqđ ⁊ substãtiuũ cõmode itersecãtia: ⁊ alię mlte dictio/.

nes:que vel longiores vel cócinniores esse constent: in fine oratio
nis longe aptius videantur terminari : non erit incómodum si a/
lias cómodiores dictiones in fine orationis collocemus: quas eq/
dem dictiones ex omnib⁹ partib⁹ grámatice oratióis verbis ⁊ in/
teriectionib⁹ exceptis: vt in sequétibus descriptis exemplis videre
potes: apte quidé desumere poteris. Exemplú de nomine ꝓprio
in fine ornáde orationis terminato: vt Litteras tuas ad me detu/
lit Antonius: quas tuo nomine mihi assignádas: sibi cósignauerat
M. Tulli⁹. Exemplú de appellatiuo: vt preclarissimas equidé vir
tutes adamarút semꝑ prestantissimi viri ⁊ officiosi homines. Ex
emplú de appellatiuis in tus ⁊ in tio terminatis que egregiá elo/
cutionis suauitaté efficiút: vt tanta quidé erat Gasparini Barsizij
ꝑgameñ. in legédo elocutióis sonoritas: ⁊ in cómutando humani
tas: vt neminé vnq̄ offendere potuisset. illa eius dicédi ac conuer/
sandi cómunicatio: quoniá ex ei⁹ ꝓnunciatione melle dulcior flue
bat oratio. Exemplú de nomine primitiuo in fine posito. Tua q̄/
dem erga me officia ꝑpetuo cómemoratu digna id efficiút: vt non
minus te diligá ac si mihi ꝓprius esses frater. Exemplú de deri/
uatiuo. Maximopere te semꝑ adamabo: quoniá amore me séꝑ ob/
seruasti cófraterno. Exemplú de compatiuo in fine posito. Non
potuissem in reb⁹ tuis fieri diligétior: ꝑ quib⁹ equidé tantá adhi/
bui curá: vt nulla a me potuisset adhiberi maior. Exéplú de super
latiuo. Omnib⁹ i reb⁹ sedulo me tibi compies paratissimú: quoniá
in omnib⁹ etiá meis cognoui te mihi semꝑ obsequentissimú. Itez
Pompeius vir in omnib⁹ rebus subtiliter considerádis fuit pru/
dentissim⁹. Item Munus hoc recepi a te suauissimú. Exempluz
vbi oratio in nomé aliquod egregiú ⁊ insigne terminatur: vt Que
ad me scribis sunt egregia: ⁊ hoc opeprecium laudar̄. Similiter lau
datur si oratio dictioné habeat vniuersalé negatiuá in fine: vt nul
lus ⁊ nemo. vel affirmatiuá: vt omnis ⁊ quilibet. Exemplú de ne
gatiua. Qué te magis diligá habeo neminé. Exemplú de affirma

tiua. Que vir bon⁹ facit laudāt omnes. Exemplū de partitiuo no mine in fine posito: vt horū que mihi proposuisti vellē neutrū: sꝫ tamē si elaborandū ē in alterutro: vt nobis omnino suscipiēdū sit alteꝝ: placet magis supius: cū p̄serti necessario eorū a nobis in/ grediendū sit alteꝝ. Exemplū de p̄nomine primitiuo in fine ora tionis posito: vt Qualis erga te semp extiteri ego: facili⁹ lōge po/ tes iudicare tu: q̄ tibi psuadere poterit is ille: qui optie nostri con uētioni plurimū studet esse detractū. Exemplū de p̄nomine de/ riuatiuo. Q̄m tibi p̄mptissim⁹ atqꝫ omnib⁹ i reb⁹ obsequētissim⁹ anim⁹ fuerit me⁹: hoc relinquā aīo iudicandū tuo. Exēplū de par ticipio i fine oratiōis terminato: vt Sū p̄pediē ad te vētur⁹ q̄plu ra tecū ad vtriusqꝫ nostrū cōmoditatē p̄tinētia cōmentatur⁹. Ex/ emplū de gerūdio in fine posito. De tuis reb⁹ a me nullū p̄fecto temp⁹ p̄termittit̄ ⁊ agēdi ⁊ cogitādi. Exemplū de supino: vt Quātope te diligā esset p̄fecto pdifficile dictu. De quoꝝ partici/ pioꝝ gerūdioꝝ ⁊ supinoꝝ rōne: infra i p̄cepto de participijs dice/ mus lati⁹. Videda nūc sūt nōnulla de aduerbijs exempla in fine ornādę oratiōis collocatis: Et primo de aduerbio tēporis. Scio te mihi amicissimū fuisse semp. Itē. Ex amplissimis tuis v̄tutib⁹ ma gnū te viꝝ existimaui semp. Itē nunq̄ potui quicq̄ agere: quin tu mihi fueris cōtrari⁹ semp. Exemplꝫ de aduerbio loci. Optie co/ gnouisti me nō solū amicū tibi extitisse int⁹ ⁊ foris: sed etiā me ti/ bi defuisse nusquā: aut q̄cq̄ me tibi denegasse nusq̄. Exemplum de aduerbio optādi. Hanibal Romanū imperiꝫ plurimū defati/ gauit: q̄ Italiā nunq̄ attigisset vtinā. Exemplū de aduerbio ne/ gādi. Multa eni mala nuꝑ cōflata ⁊ agitata fuisse dicit̄: sed pluri/ muꝫ gaudeo hoꝝ te attigisse nihil. Exemplū de aduerbio affirmā di. Ita res ē vt nobis narrasti p̄fecto. Exemplꝫ de aduerbio du bitandi. Que nobis futura dicebas fortasse nobis euenire possent fortuitu. Exemplū de aduerbio iurādi. Nō faciā mediusfidi⁹ ne/ qꝫ dicā hercle: que mihi probabilit̄ non videbunt̄. Exemplum de

aduerbio qualitatis. Tua i me bñmerita nõ solũ retribuã singula-
tim: sed etiã tibi satisfaciã cumulatim ac multibpariã. Jtẽ Quoniã
eo fato natus sum: ꝛ talẽ meã fortunã esse intelligo: vt nemo mihi
quicꝙ̃ cõsulat: nisi quod in magnũ suũ emolimentũ redũdare ar-
bitror: cõstitui igiᷓ mecũ velle deinceps viuere meatim. Jtẽ. Tuas
litteras legi libenter: ꝛ audiui tabellariũ diligẽter: qui statũ tuũ mi
hi narrat ppolite atqꝫ suauiter: ꝛ cões etiã casus ꝙ̃ ferres fortiter ꝛ
moderate. Exemplũ de aduerbio ordinis. Multa sum p literas
meas tibi significaturꝰ deinceps ꝛ te semp amaturꝰ magna in te be
neficia collaturꝰ preterea: vñ meã in te voluntatẽ quę optima ẽ bñ
ficiorũ loco suscipies iterea: Exemplũ de aduerbio remissiuo. Cũ
tantę mihi nõ suppeditẽt facultates tibi satisfaciã paulatim: ꝛ qua
ratiõe id meliꝰ fieri possit pedetẽtim. Exemplũ de aduerbio intẽ-
siuo. Exopto ꝙ̃plurimũ: vt ad me venias penitꝰ quod opꝰ ẽ oĩno.
Exemplũ de aduerbio similitudinis. Sicuti optima fide te admo-
nui: velim facias ita. Inter cętera autẽ aduerbia cõpatiua ꝛ supla-
tiua in fine orõis posita: concinnã faciũt sonoritatẽ. Exemplũ
de aduerbio compatiuo. vt Qd rogas vt negociũ tuũ curare velim
diligentiꝰ: hoc tibi psuadeas velim: nulla quidẽ ratiõe agi potuisse
studiosiꝰ: nec curari amantiꝰ. ꝙ̃ est actũ: nec pfici accuratiꝰ. Ex-
emplũ de aduerbio suplatiuo. Uideo eni te vitã agere prudentissi
me: cũ oĩa quę ad bñ viuendũ pertineãt pscrutaris accuratissime:
atqꝫ ꝓsequeris diligentissime. Jtẽ. Quę mihi mãdasti confeci oĩa
cumulatissime. Nũc ponenda sunt p̃positionũ exempla. ꝛ primo
de p̃positione ante. vt Ex hoc maximo tuo in me bñficio te pluri-
mum diligo: quod ex amplissimis tuis etiã virtutibꝰ fecerã multo
ante. Exemplũ de prępositione citra. Scribo frequenter amicis
nostris: quod non feceram multos annos citra. Exemplũ de pre-
positione contra. Tanto enim omniũ hominũ consensu Cicero ro
manorũ consul creatus fuit: vt in ipso magistratu creando nemi-
nem habuerit contra. Exemplum de prępositione vltra. Recepi

duas a te litteras ꝛ tres rationes nec vltra. Exemplum de prepositione coram. Sed hec multa explicaturus sum apertius illo coram. Exemplum de prepositione clam. Que agere constitui ita probabilia esse constant: vt nihil sum facturus clam. Exemplum de prepositione palam. Omnia profecto que officiose recteqꝫ fiũt possunt omnibus significari palam. Postremo pauca vide de cõiunctione exempla. Et primo de coniunctione approbatiua in fine ornande orationis terminata. ut Quod mihi mandasti diligenter perficiam: nam ita meruisti quidem. Exemplum de coniunctione collectiua: rationali: vel illatiua. Quid faciam ergo: deceptus sum igitur. Reliquum est itaqꝫ: vt deinceps accuratissime mecum considerem, quibus credam: quosqꝫ cauere debeam. Exemplum de coniunctione dubitatiua. Studebis ne: ocio marcessis ne. Exemplum de coniunctione diminutiua: Quod si tu ad me accedere non potes: litteras mihi tuas que de his rebus quas scire desidero me admoneant velim mittas saltem. Fui prolixior in hac quã cõstitueram preceptione: sed multitudo exemplorum: ꝛ quidem domesticorum circa omnes grammatice orationis partes incidentium: huiuscemodi in causa fuerunt prolixitatis. ¶ Vigesimumunonum preceptum. Quod verbo subiunctiuo interdum pro indicatiuo vtamur. vt Illud a te velim: pro volo. Et iste est frequens ꝛ elegans apud oratores mos. Illud si feceris pro facies. Similiter futuro infiniti verbi in iri desinentis interdũ pro presenti eiusdẽ vtimur. vt factum iri: pro fieri: ꝛ hec est electissima preceptio: nemini dubium est. ¶ Trigesimũ preceptum est circa multiplicandam ex verbis orationẽ. Nam quanꝗ verba siue in principio siue in medio siue in fine orationis collocata: tantã in dicendo oportunitatẽ habeãt vt ex vnico verbo oratio ꝑfici possit ꝛ illustrari: tamẽ multo magis ex pluribꝰ multiplicatis verbis ꝛ augetur ꝛ maxime resultat oratio. Cum igitur aliquando vehementẽ aliquem mẽtis cõceptuꝫ explicare cupimus: aut rem magis claram ꝛ magis apertam

demõstrare volum⁹:multiplicatis v̄bis id efficere poterim⁹. Ex/
emplum vbi sñia ex verbis simpliciter explicat̃. vt Qm̃ litterarum
virtutes tales esse constãt: vt tot⁹ mund⁹ ex ipsis guberneť: te hor
tor atq; rogo: vt ad eas tibi comparãdas cures: vt virũ ex ipsis te
prestantissimu; reddas. Que quidẽ sñia sic ex verbis multiplicari
põt. Qm̃ litteraꝝ virtutes tales esse constãt: atq; huiuscemõi sem
per extiterunt: vt ex ipsis vniuersus terraꝝ orbis guberneť: adiuue
tur: ⁊ cõseruat̃: nõ solum te plurimũ adhortor atq; moneo: verũ e/
tiã ꝑ sũma nostra familiaritatis cõiunctiõe maximopę te rogo: ex/
oro: obtestor: atq; te vehementissime cõtendo: vt ꝑ ipsis litterarũ
ornamẽtis cumulatissime tibi compandis: tantopę cures: labores
insudes: inuigiles atq; incũbes: vt viꝝ ex ipsis te reddas prestãtis/
simũ. Itẽ aliud exemplũ De nostra repu. bonã equidẽ spem con/
cipio. nã qua ratiõe res omẽs agerenť: audiui: intellexi: interfui: vi/
di: cognoui. Itaq; a nobis sedulo excogitat̃: teneť: ꝓuideť: delibe/
rat̃: agit̃ ⁊ nihil pretermittit̃: vt cõis salus detrimẽti nihil patiat̃ at/
q; diutissime cõseruet̃. ¶ Tricesimũprimũ preceptu; est circa par/
ticipia: gerũdia ⁊ supina in cõpositiõe oratiõis artificiose tractãda:
que quidẽ participia gerundia ⁊ supina ea ratiõe a verbis deducũ/
tur: vt tã ipsoꝝ verboꝝ q̃ etiã nominũ adiectiuoꝝ vim: efficaciã
⁊ rationẽ magnã cõplectanť. Possum⁹ ergo nostrũ dicẽdi stilũ ex
participijs in omnib⁹ eorum tẽporibus atq; casib⁹: ⁊ in principio
⁊ in medio ac in fine oratiõis collocatis, ornate elegãterq; cõtexe/
re: atq; negociorũ sñias: que ex prolixa nimis dicẽdi ratione sepe
numero cõtractant̃: ex ipsis participijs cõplecti: tum etiã ex gerun
dijs atq; supiñis in omni coꝝ terminatiõe orationẽ rhetoricã pos
sumus aptissime cõponere. De quib⁹ omnib⁹ ex ordine exempla
subsequunt̃. Exemplum de participio presentis tẽporis. Comple
ctens ego amplissima tua in me bñmerita: beniuolenti memoria
sum quottidie perscrutãs: qua ratione parib⁹ tibi officijs correspon
dere possim: nec est tamẽ in presentiaru; potestas mei sedulo de te

cogitãtis: ⁊ tua in me bñficia cõtinua cũ recordatiõe repetentis: vt quod ego in te fieri desiderẽ: ex sentẽtia pficere valeã. Exemplum de participio preteriti tẽporis. Imitat⁹ ego libenter illoꝝ priscorũ vitã: qui viri habiti sunt officiosi: secut⁹ sum libẽter mores Ciceronis: studia bonaꝝ artiũ sedulo imitãtis. Nã ꝑfecto Ciceroni omnibus studijs a puericia dedito ita omnes cõmodissime elocutionis diuitię: ⁊ officiosissime bñ viuendi rationes successerũt: vt oẽs homines tantã cũ eloquentiã cõsecutũ esse cõspiciãt: ꝙ eũ cumulatũ equidẽ oratorẽ faciliter cõprobant. Exemplu͡ʒ de participio futuri tẽporis in rus: in principio i medio ⁊ in fine oratiõis posito. Dubitatur⁹ sum tãdiu de negocio nostro: ꝙ̃diu recepero litteras. M. Bruti: mihi significaturi quid de re ipsa factũ fuerit: cui Bruto ꝓ nobis maximope laborãti cãm ipsam meã ea spe cõmisi: ⁊ cõmendaui: vt sperẽ ipsum cãm hanc nostrã diligenter curaturũ: ⁊ dignitatẽ nostrã tandẽ cõseruaturũ. Exemplũ de participio futuri temporis in dus. Vituperanda res vt scribis tibi delata ẽ: quę nullo q̃dem pacto ex sententia tua fuerit attingẽda. ꝙ Dionysiũ quẽ multis vitioꝝ criminib⁹ coinquinatũ esse dicis: meis officijs complectendũ susceperim: cui⁹ rei cãm recte intelligas velim. nam cũ mihi acerbissimis molestijs affecto: ac etiã maiorib⁹ afficiẽdo: maximo mihi Dionysi⁹ ipse adiumẽto fuerit: iustũ esse iudicaui vt mutuis sibi officijs responderẽ. Itaqꝫ ipsum Dionysiũ ea quidẽ ratione mea fide recepi defendendũ. Iniquũ enim nimis extitisset: si meã debitã sibi operã denegassem. Exemplum de gerũdio in di. Quod ad te scripsi: illud exercẽdi poti⁹: ꝙ̃ ostẽtandi ingenij causa feci: ⁊ amãdi tui occasiõe mihi propositũ est: vt nihil qđ tibi cõducere existimẽ difficile mihi videri posset: ⁊ vtinã ea esset mihi agẽdi oblata facultas: vt aut cõsolandi aut iuuandi rationẽ aliquã possiderẽ: ꝙ si hoc esset nullũ ꝑfecto locũ ornãdi pretermitterẽ. Exemplũ de gerundio in do. Qui reipub. gubernationem suscipiunt facilitatem in audiendo: humanitatẽ in agendo: ꝓmptitudineꝫ in

satisfaciendo seruare debent. neq; enim reip. deficere deberent: di/
cendo: consulendo: argumentando: persuadendo: cōmonendo: iu
uando: nec si opus fuerit mortē effugere debent in periculis com/
morando. Exemplum de gerundio in dum. Cum ea quidē ratio/
ne nati sumus vt aliquid semper dignum viro a nobis tractanduȝ
sit: non est ergo nobis negligendū sed diligenter potius procuran
dum: vt officiosum semper aliquid sit agendū: nec tamen cōtra na
turam est pugnandū: sed in recto quidem proposito semper est p/
manēdū: ⁊ (vt sapientis mos est) temporib⁹ est assentiendū. Ex/
emplū de supino in tum terminato in oratiōe rhetorica commode
tractando. Cū sepenumero a me quesitū esset quid apud maiores
nostros sapientes viros vsitatū fuisset: intelligebā ab ipsis reipu.
in primis esse satisfactū: sed postq̄ ab ipsis ex nimia eorū arrogan
tia ⁊ intollerabili potentia itum est ad arma: ab ipsis postea desitū
est: remp. recte gubernare: optime igitur ab illis vrbibus actum ē
⁊ sapientissime constitutū: que tales ciues habere volunt: vt alius
alium potentia superare non possit. Exemplum de supino in tu.
Magna fuit disceptatio inter. Q. Ciceronem ⁊ M. Tullium eius
fratrē. Utrum eloquentia eo pacto a natura hominibus esset insi/
ta: vt dicendi preceptione opus non esset: an ars de dicēdo aliqua
dari possit. Q. enim Cicero dicebat eloquentiam ea ratione a na/
tura esse hominibus datam: vt ipsi homines naturaliter se exercen
tes: quicquid vellēt psuadere possent. Marc⁹ aūt ratiōes ostende
bat ex quib⁹ cōmodissimū esse extabat dicēdi artē fuisse inuentam
maxime necessariā ⁊ optimā esse factu: q̄ homines ipsam discerēt
ac ptractarēt: quoniā oīa sunt ex arte ipsa faciliora dictu ⁊ elegan/
tiora quidē instructu. ¶ Tricesimūsecundū preceptū est. quo nā pa
cto participia oratiōes amplificāt ⁊ rerū sententiā breuiter comple
ctunt. Participia enim tū multas in dicēdo nobis afferūt commo
ditates: tum etiam sunt optime accommodata: vt oratoria dicendi
ratio admodum augeatur: ⁊ rerum sententie que amplam verbo/

rum copiam expeterent: breuibus quidem verbis ex ipsis partici/
pijs intercedẽtibus compręhendanť: sicut hoc loco ⁊ nuda exem/
pla: ⁊ etiã ex participijs amplificata conspicis. Exemplũ vbi sen/
tentia ex participijs breuiter compręhendiť. Scipio Africanꝰ Ro
manus consul creatus: vrbẽ Romã a barbaris oppressam in pristi
nam libertatẽ vẽdicauit. Hęc quidẽ oratio ex participijs sic multi/
plicatur: ⁊ nihilominus orationes ex eisdẽ participijs breuiter cõ/
prehenduntť. Publius Scipio Africanus amore reipub. conseruan
dę vehemẽter incitatus: vna omniũ senatorum voce atqȝ consensu
consul creatus. Hannibalẽ Italiã crudeliter deuastãtẽ profugauit.
Carthaginẽ nimis pniciose ciuitatẽ euertit: Numantiã Romanos
molestissime defatigantem superauit: ⁊ romã acerbissima bellorum
calamitate cõpressam: a turpissima barbarorũ obsidione liberauit:
⁊ in pristinã libertatis dignitatẽ vendicauit. Exemplũ vbi eadem
oratio ex multis participijs augmentatur. Marcialis Valeriꝰ vir
equidem vigilans: intelligens: prouidens: atqȝ sapiens: amicis cõ
sulens: succurrens: fauens: gratificans: ⁊ benefaciens: cuius fides:
virtus: ⁊ amicicia iamdiu mihi animaduersa: perspecta: cognita ac
explorata est: cum ad te profectus ⁊ tibi coram iudicio tuo eius ra
tiones sit declaraturus: ordinaturus: acturus: atqȝ commentatu/
rus: te rogo vt eum recipias tua benignitate amanter adhortan/
dum: iuuandum: ac defendendum. Exemplum vbi gerundia atqȝ
supina rhetoricam elocutionem exaugent. Quoniam a pręcepto/
ribus nobis est data ratio studendi: cogitandi: intelligendi: discen
di: scribendi: agendi: commentandi. Est igitur nobis diligenter a/
nimaduertendum: curandum: atqȝ peragendum: vt cõsulendo: con
solãdo: atqȝ iuuãdo: cumulate ipsis nostris admonitoribꝰ satisfa/
ciamꝰ: vt qui hoc a nobis sic actũ ac vsitatũ esse intelligãt: id opti/
mum cognitu factu atqȝ vsitatu esse diiudicẽt. ¶ Tricesimumter/
tium pręceptum est circa aduerbia: quę vt te minime fugit in dicẽ/
do sunt idonea ⁊ quodammõ necessaria: ad amplificandũ orationis

stilum ad modum accõmodata. Nam quemadmodũ adiectiua no/
mina sunt eorum substantiuis: ita cõmoda et sibi famulãtia: et ipsorum
substãtiuorum vi naturã ac proprietatẽ explicãt et aperiũt. Ita etiã ad/
uerbia sũt optie interpretantia: qualẽ efficaciã: qualẽ facultatẽ: qualẽ
substãtiã: qualẽqz vehemẽtiã: vel verba vel participia secũ appor/
tẽt. Si igit verbis ac participijs cuiuscũqz tẽporis constẽt i nostra
oratiõe rhetorica tractatis: idonea quidẽ aduerbia siue positiua si/
ue compatiua siue suplatiua adiũxerimus: orationẽ perfecto nostram
cõmodissimã efficiemus: et ipsius orationis sententiã reddemus explica
tiorẽ. Ut hoc tibi mõstrabit exemplũ. M. eni Cicero vsqz ab ado
lescẽtia accurate quidẽ aduertẽs: quę res homines potissimũ prę/
stãtissimos efficere soleret: et vt magno animo insignitus plurimũ
sperãs Romanã rempu. aliqñ se recte gubernaturum: pnotauit egre
gias bonarum artiũ disciplinas: eas illas potissimũ cõstare quę ciui/
tates atqz prouincias optime gubernarẽt. Statuit ergo sentẽtias il/
las ab eo esse penitus obseruãdas atqz summope celebrãdas: q̇ cum
studio esset accuratius inuigilãs q̃ ceteri: tãta sibi scientiarum ornamẽ
ta cumulatissime nactus est: q ipse summus orator copiosissime factus.
Romanã remp. pręstãtissime gubernauit: et multa librorum volumi/
na ceteris futuris hominibus erudiẽdis commodissime descripsit: et
nomẽ suũ imortalitati diuinitus cõmendauit. ¶ Tricesimũquartũ
pręceptum ẽ singulare. Qđ sępe loco aduerbij ponimus adiectiuũ cũ
substãtiuo in ablatiuo casu: dũmodo aliquã magnã animi vel alte
rius rei vehemẽtiã adiectiuum cum substãtiuo importet: et imediate
ante verbum vel participiũ collocet: quę quidẽ pręceptio orationem
efficit splendidã: et sniam reddit efficacẽ. Ut in hoc intueberis ex/
emplo. Marcus eni Cicero vsqz ab adolescẽtia ad egregias bonarum
artium disciplinas exardescẽti aio conspirãs: maxie sperãs amplissi
mas se exinde commoditates accuratissimo eius ingenio consecu/
turũ: ita erat ipsis scientiarum studijs assidua diligẽtia dedit: q ipse
tã suma studiorum ornamẽta fuit cõtinua exercitatione cõsecutus vt cę

teros omnes oratores celeberrimos v̄tute superauit. ¶ Tricesimū quintū pręceptū. Qd aliquando propter nimiū animi affectū ⁊ vehementiā duplicam⁹: ⁊ eleganter quidē hoc aduerbiū: Etiā. vt Te etiā atq3 etiā rogo. De aduerbijs autē Cum ⁊ tum: quo nā pacto cum generalitatē significat: ⁊ tum specialitatē importat: ⁊ qua tati one in elocutione rhetorica sint tractāda: quanq̄ ordinatius hoc ī loco de eis tractandū esset: vidim⁹ supra in septimo in ordine pręcepto. ¶ Tricesimūsextū pręceptū. Quod aduerbia positiua comparatiua ⁊ superlatiua rhetoricā elocutionē plurimū exaugent. vt in hoc exemplo patet. Caute etiā prudenter cōmode liberaliter atq3 magnifice in dignitate pretoria te semp habuisti: neq3 etiā accuratius aut virilius vel cōmodius a te fieri potuisset: q̄ est actum: de iusticia: q̄peritissime rectissime atq3 magnificētissime gubernasti. Quo autē pacto aduerbia orationes multiplicēt: quoniā illud sine coniunctionū in primis ⁊ relatiuorū adiumento efficere non possunt: infra in pręcepto dicam de coniunctionib⁹ quod de multiplicatione erit. ¶ Tricesimūseptimū pręceptum circa cōiunctiones sequit̄. Nam coniunctiones multis ex causis in nostro dicēdi genere accidunt necessarię. In primis enim coniungunt dictiones nominū verborū participiorū pronominū prępositionū ⁊ aduerbiorū. Coniungūt etiā orationes atq3 sententias. Ualent insuper plurimū ad ornandū atq3 amplificandū orationis stilū. Et quanq̄ cōiunctiones omnes in cōcinna dicendi cōpositione locū habent: quia tamen copulatiue disiunctiue ⁊ aduersatiue: cōiunctiones in oratione oratoria crebrius ac aptius q̄ cetere pertractant̄: aliquid ergo de ipsis potissimū videt̄ esse cōmemorandū. Unde copulatiuę coniunctiones atq3 disiunctiuę sępenumero in oratione rhetorica interserunt̄: quo vetustatē etiā atq3 vehementiā non paruā important: vt apud omnia oratorū volumina refertissime demonstratur. De quo hoc tibi exemplū erit index. Cum mecum diligēter animaduertā mi Johānes: ⁊ quantā honorū oportunitatē: libe

ralium artiũ scientię hominibus afferre consueuerũt: ⁊ quanta sit celeberrimi ingenij tui suauitas: illud mihi occurrebat: vt ad ipsas litterarũ virtutes te vehemẽter adhortarer: in quas si accuratissi/me incumberes ⁊ multas ⁊ magnas emolimentoꝝ oportunitates tibi compares. Nam siue oblectationẽ siue admirationẽ siue animi requiẽ desideres: aut honorẽ aut laudẽ aut gloriã expetas: vel diuitiarũ copias: vel bonoꝝ oportunitates: vel rerum facultates ado/ptas: hęc omnia profecto: scientiaꝝ emolimẽta suppeditare cõsue/uerũt. Rectã ergo atq3 ꝯcõmodã viuendi rationem imitaberis: si ipsa studiorũ ornamẽta vigilãtissimã diligẽtia prosequeris. Nunc de aduersatiuis cõiunctionib⁹ noster erit sermo. Nam cõiunctiões aduersatiuę hę constare videnť: licet ꝙuis quanꝙ: etsi: tametsi: etiã si: ⁊ iametsi. de quib⁹. M. Cicero nunquã vsus est hac dictiõe lic3 pro cõiunctione: quoniã dictio est ambigua quę verbũ etiã signifi/cat. Hęc tamẽ ipsa dictio licet ab ipso Cicerone vsurpata est ꝓ ver/bo significante licitũ est. Ut in hoc exemplo. Quoniã exactis iam bellorũ calamitatibus: optata pace nobis frui licet: mihi ergo dein ceps ꝑ litteras tecũ iocari licet. Raro etiã vel rarissime potius a/pud eundẽ Ciceronẽ hęc dictio ꝙuis reperta est. Alię vero videli/cet quanq3 etsi tametsi etiãsi ⁊ iametsi sunt in ipsius Ciceronis vo luminib⁹ frequẽtissime. De quibus hoc tibi exemplũ adduco. Etsi quas oratoria facultas oportunitatis accessiones parere valeat mi Ruperte: nõ solũ explicare: sed etiã vix tibi connumerare possem: quia tamẽ ea me semꝑ tantoꝑe delectauit vt magnã illi facultati o/peram adhibuerim: ⁊ non paruã etiam ex ipsa oportunitatis com moditatẽ mihi compauerim: cõstitui te ad eam capescendã pluri/mum adhortari debere: quę quanꝙ tibi viro admodũ peritissimo maxime nota iam esse debeat: qui multa profecto pertractasti: ta/men te hortor ꝙsummoꝑe: vt ad eam tibi cumulatissime compan dam summis virib⁹ incumbas: tametsi hęc mea apud te adhorta/tio minime necessaria videatur: qui vt a ꝙpluribus audiui ad o/

mnes bonarum artium disciplinas ardentissimus esse iudicaris. perge igitur vt cepisti: et hanc bene dicendi rationem ita vt ceteras agis studiorum virtutes: fac dies noctesque complectaris. ¶ Tricesimumoctauum preceptum. Quod interdum he coniunctiones: Cum si: et similes postponuntur dictionibus: quibus preponi communiter consueuerunt. vt Omnes cum honesta facimus nihil est quod vereamur. Ad nos si tempestiue accessisses: omnia nunc transacta essent. Preterea coniunctio copulatiua: et: interdum eleganter proprijs interponitur nominibus in oratione laudis: vt et Cato et Cicero Idem in vituperio attendi potest. Insuper interdum supersedere solemus ab his duabus coniunctionibus: vt et quod. vt in hoc exemplo. Moneo que te digna sunt facias: Ubi tametsi quod vel vt intelligatur: tamen committitur quod non exprimatur. ¶ Tricesimumnonum preceptum est circa multiplicandam ex coniunctionibus: ex aduerbijs: et ex relatiuis orationem. Nam aduerbia et coniunctiones atque relatiua substantie et accidentis vna cum ipsis aduerbijs et coniunctionibus contractata: plurimas simul orationes multiplicando coniungunt. Aduerbia enim ista: tam tantum tantopere tanti super adeo vsqueadeo ita tandiu toties eatenus et consimilia: ea quidem ratione multiplicant orationes: quod post vnam orationem aut plures ex ipsis aduerbijs confectas: necessario succedit ista coniunctio infinitiua: vt vel quod: aut sequitur aliquid horum aduerbiorum quoad quantopere quamdiu quoties et consimilium: quarum equidem dictionum: quelibet orationes multiplicat. Ut in sequenti declarabitur exemplo. Que tua in me benemerita contulisti: eorum tantam video constare magnitudinem: vt parem officiorum gratiam merito tibi referre debeam. Hec quidem sententia ex tribus vt vides est orationibus fabricata. hanc poteris ad. xij. vsque orationes multiplicare: per aduerbia coniunctiones et relatiua. Quoties autem vel aduerbium vel coniunctio vel relatiuum repetitur: totiens vnam tibi superaddit orationem. vt sic. Que tu in me benemerita contulisti: eorum tantam video constare magnitudinem: ex quibus ita commodissime exaggeratus sum: quod res omnes meas ea quidem ratione constabiliui: vt nullam calamitatis mutationem: que duratura sit: recipere posse videantur: vt nisi

beneficiorũ imemor haberi velim: quod ego semper tantoperẽ ef/
fugere conatus sum: vt nihil vnq̃ magis euitandũ esse duxerim:
talẽ officiorũ gratiã merito tibi referre debeã: vt tuis me beneme/
ritis: quę memoria profecto cõplector sempiterna: condignũ exti/
tisse faciliter iudicare possis. ¶ Quadragesimũ pręceptũ circa prę/
positiones consistit. Prepositiones eni eo in primis necessarię di/
cuntur: q̃ his verbis quę aut sunt impfecta: aut non satis potẽtia:
vt sententiã per se perfectã efficere possint: ad eam perficiendam &
& longiorẽ pducendã plurimũ adminiculant. Huic accedit q̃ ipsę
pręposit iões possũt in principio in medio & in fine oratiõis cõmo
dissime collocari. Sz omniũ pręposit ionũ hę duę: Erga & in: prę/
ter cęteras in oratione rhetorica locũ habẽt: quę & ad ornãdas ora
tiones & breuiandas sententias optime sũt accõmodatę. Nã sępe/
numero totiens verbũ in oratione concinne taceri potest: quotiẽs
harũ duarũ pręposit ionũ: erga & in: aliqua fuerit in oratione tra/
ctata: nisi fortasse quod sępissime fieri videm⁹ vim apportaret ha/
rum duarũ pręposit ionũ pro & contra. De qua ratione exempla
sequunt. Si tanta Solonis i suã rempub. atheniensẽ bñmerita fue
runt: quantã P. Africani erga rempub Rhomanã extitisse legim⁹
certe quemadmodũ Africano rhomani ex imortalib⁹ eius in ipsos
beneficijs perpetua deditione tenent: Ita etiam Athenienses ipsi
Soloni ob inumerabilia ipsius erga eos officia: sempiternis ęqui
dem demeritis astringunt. In hoc ergo dicendi genere quod expo
sui: ille duę pręposit iones: in & erga: sustinent vicẽ huius pręposi/
tionis pro. Alię vero duę pręposit iones postea sequẽtes scz in & er
ga verborũ locũ tenent: quę nisi in orationib⁹ interpositę fuissent:
necessitas orationis postulabat: vt in loco ipsarum pręposit ionuz
expressa verba fuissent interposita. ¶ Quadragesimũprimũ pręce
ptum. Qd interdũ pręposit iones quę cõmuniter pręponi consue/
uerũt: postponant: quales sunt In sub ad apud propter pręex ob
& similes. vt in his exemplis. Omnib⁹ in rebus honestas apprime

placet. Nemo ē qui nō diuina sub potētia cōstitutus sit. Atticā ad vrbē postq̄ accessi forte mihi Socrates occurrit. Nolana apud mēnia hānibal a Marcello i fugā versus ē. Tuā ꝓpt causā oēs caremus patria. Omēs cōtra hostes reip. semp infestus ꝓpt defensionē libertatis nostrę fuit. Uestra ꝑ beniuolētia nihil tā mihi difficile ē quod nō libēter suscipiā. Junonio e phano multa signa erepta sūt. Nostris ex agris pec⁹ omne abactū ē. Ciuilē ob cām multas cōtentiōes suscepi. Rege ab opulēto except⁹ sum. Jdē itelligendū ē de aduerbijs ordinis: q̄lia sunt Dehinc deide deinceps interdū interea p̄terea ꝛ itē. vt Tua debic erit cura ne quid detrimēti accipiā. ꝛ ad hūc modū reliqua. hac ratiōe latinā orationē i his ꝛ similib⁹ modeste si vtimur cōcinniorē efficim⁹: mō ea sint ab illustrib⁹ oratorib⁹ ꝛ poetis recepta. Cōsueuit aūt Cicero nōnūq̄ȝ hāc p̄positionē cū huic ablatiuo quo postponere: vt quo cū: ꝑ cū quo: qd̄ male cōsonātię cā eū fecisse arbitror: nos vero in mecū tecū secū nobiscū vobiscū cōsuetudinē hāc retinem⁹: sed in qui cū pridē iste modus loquēdi aboleuit. Similiter hęc p̄positio de interdū a Cic. suo casui postponit̄: vt in .ij. ad herenniū cū inquit. Utrū enim ea res sit similis ei rei qua de agit̄: quod itē a nostro vsu discessit. ❡ Quadragesimūsecundū p̄ceptū ē circa prępositiōes quę oratiōes multiplicāt. Prępositiōes equidē qm̄ ad oratiōes simul adiungēdas sępenumero vias aperiūt ne aliq̄n sine ipsis nostrū mentis cōceptū cōmode pficere possem⁹. id circo ipse prępositiōes erūt a nobis in cōiungēdis multiplicādisq̄ȝ orationib⁹ plurimū cōsiderādę. Exemplū vbi snia sine prępositionib⁹ simpliciter explicat̄. Cū prętor vrban⁹ creatus sū: tuā mihi p̄sentiā necessariā esse duco: vt ipsā pręturā meli⁹ gubernare possim. Quę sic ex prępositionib⁹ multiplicat̄ snia. Cū ꝓpter eximiā reipub. negociorū magnitudinem ad vrbē accessissē atq̄ȝ in senatū me cōtulissem: ibi a senatorib⁹ contra volūtatē meā: ꝛ pręter opinionē prętor vrban⁹ creat⁹ sum: in quo equidē gubernādę pręturę magistratu prudētiā mihi tuā necessa

riam esse puto. ¶ XLiij. preceptũ sit circa interiectiones: que tam/esi crebrius apud poetas q̃ apud oratores contrectent̃: aliquãdo tamen cum aut aliquã leticiã magnã: aut cum molestiã: aut admi/rationẽ: aut indignationẽ: aut spem: aut timorẽ: aut aliquas huius/modi animi passiones significare volum⁹: eas etiã in nostra dicen di ratione possumus tractare. hoc scilicꝫ modo: Proh bone Jhesu clementiã tuam imploram⁹ tantas heu tãqꝫ acerbissimas atqꝫ itol lerabiles bellorũ ⁊ penurie calamitates sẽp ita propiciemur. Vah q̃ infelici celorum constellatione nati sumus: si tam grauibus mo lestijs semper excruciari debeamus: Sed heu benignissime deus tua deniqꝫ clementia confisi vniuersam tue misericordie bonita/tem sũmis precib⁹ obsecramus vt tantorũ nos malorũ incõmodis liberes: ⁊ in tranquilla nos status cõditione stabilias. ¶ XLiiij. pre ceptũ. Qd̄ interdũ post eum orationis sensum: qui perfectus ẽ gra uius aliquid addatur: quod affirmando exornet: ⁊ auditorib⁹ rem gratam efficiet. vt in hoc exemplo: Uir fortis omnia pro repub. adibit pericula: ⁊ id quidem impigre. Cõmouent̃ enim auditorum animi vehementius q̃ si dixisset. Uir fortis omnia pro repub. im pigre adibit pericula: Quanq̃ varietatis causa hoc dicendi genere interdũ orator vtetur. Jllud autẽ placet vt cũ in dicendo eo pro/uecti erimus: vt rebus de quibus loquimur satis a nobis factũ sit ⁊ aliquo egregio sensu oratio sit conclusa: q̃ non vlterius proueba mur: ne gratia illa: quã benedicẽdo nacti sumus: amplificatiõe ni/mis graui amittatur. Jn quod vitium pleriqꝫ incidunt inscitia po tius quadam aut negligentia: q̃ rerum dicendarũ inopia. ¶ Qua dragesimumquintũ preceptũ. Quod sicut in mediocri figura ma/gis conuenit rem prius rudem atqꝫ inornatam afferre: dehinc ver bis idoneis ⁊ grauioribus illã exornare: Jta i graui figura siue in laude siue in vituperio versetur oratio: ab ornatu initium sumat. Exemplum primi vt Pompeius facile omniũ romanorum tum armis tum consilio magnus clarissimusqꝫ fuit princeps. Exem/

plū secundi. Ut Omniū imperatorū in rebus pacis ac belli: mari terraqꝫ gestis gloria. C. Cesar antecessit. ¶ Quadragesimūsextuꝫ preceptū. Quod in re leta verbis tristib⁹: aut in tristi verbis letis minime vtamur. Uitiosum enim est cū in re funerea: similitudini/bus aut exēplis quib⁹ in voluptatib⁹ aut in delitijs vtimur: nr̄os affect⁹ amplificam⁹. Uelut si quis in deploratiōe filij exemplū affe rat parentū: quoniā ex nuptijs filiorū ceterisqꝫ rebus secūdis ma ximā conceperūt voluptatē. nā cōtrariorū compatione acerbior do lor insurgit. Cauendū ē etiā: ne in re tristi nimis lasciuiat oratio: aut in re leta iculta sit ꝛ horrida. Nā vt in reb⁹ duris ille verborū exquisit⁹ apparat⁹ fugiend⁹ ē: ita in secūdis ac felicibus obseruatio diligēs est habēda. Satius eni est pturbata poti⁹ ꝓut doloris im/pet⁹ suadet ꝙ limata nimis atqꝫ expolita cōpositione vti. Nō eq̄/dē natura ipsa patit̄: vt cū graui aliquo merore p̄mimur: verboruꝫ cōpositiōi vacare pōsset anim⁹. Uitat̄ isup ista ab oratorib⁹ accura ta verborū cōpositio: qn̄ eloquentiā auditorib⁹ suspectā esse itelli gim⁹. tūc eni precepta cōpositiōis negligēda sunt: quod pro. Lelia Damici⁹ apher de idustria fecit: nō t̄minādo orationē i verbū dū iquit. Apud iudicē piclitat̄ Lelia. Fugiēda quidē ē tenera nimis ac delicata modulādi voluptas nōnūꝙ. Si vero nostra oratio ad a/liquā cōcitationē animorū que sit vehemēs iclinabit cōmodissime in verbū aliquod finiet̄. magis eni auditorū animis si in verbū fi/nit̄: oratio affigit̄. Caput autē omniū que ad elocutiōis precepta attinēt id visum ē: vt oia ad rerū de quib⁹ loquimur dignitatē ac/comodata sint. recte itaqꝫ Mecenatis illa minime laudat̄ cōposi/tio: cū inquit Sole ꝛ aurora rubēt plurima. Nā verba reb⁹: Nō res verbis accōmodare solem⁹. ¶ Quadragesimū septimū preceptū: Qd iterdū post orationē icboatā priusꝙ ad verbū pricipale pue/niat̄: iterponat̄ oro imꝑfecta vim habēs parēthesis. Ut in hoc ex/emplo. Omnes qui ambitioni ꝛ glorie studēt (id quod ignorat ne mo) opinione magis ꝙ re ducuntur: ꝛ his similia. vt Ego vero is

sum (ita me de⁹ saluũ velit si vere & nõ ficte loquor) is inquã sũ q̃ sacras litteras omni scripturarũ generi lõge anteponã. Itẽ Legalẽ tibi sapiẽtiã a teneris (vt aiũt) vnguiculis cui freq̃ẽs insudasti sũmope dedicasti. Item Quid eni tristius vt eos cõmemorarẽ qui trias suas colũt? quid miserabilius q̃ꝫ domi suę agere? & ita agere: vt iocundiorem aliquando q̃ꝫ vitam mortem optes.

De Numero.

NUnc supesset vt rationẽ numerorꝫ dicerem⁹: & hoc tibi. xlviij. cõstituo i ordie preceptũ: quę quidẽ de numeris ratio apud Isocratẽ tãto studio vel invẽta vel aucta reperit: vt nullã ex õnib⁹ elocutiõis partib⁹ huic anteponat. Sed cũ huiuscemõi disciplinę precepta varia sint: nec latini auctores: vt Cicero: Quintilian⁹: & Marcialis in hoc grecorũ doctrinã semp secuti fuerint: & magna sit iter eos contẽtio: in hoc fimbrias nõ dilatabo meas. Sed illud scias velim: q̃ in hac preceptiõe illud obseruare studem⁹: vt si in monasyllabã terminat oratio: quod raro fit vbi perfectus sensus ab oratore seruat: cõsiderandũ est vtrũ ea lõga sit an breuis. Si lõga est: eam preire troche⁹ debꝫ: qui duab⁹ syllabis cõstat: lõga scꝫ ac breui: vt i hoc Cice. exemplo. Legũ in rempu. prima vox. Qď si talis monasyllaba dictio breuis fuerit: tũc recte Iamb⁹ qui ẽ pes ex prima breui et vltima lõga constãs: ante illã collocat. Sic ergo qñ breuẽ breuis syllaba: aut longã lõga antecedit: iure id reprehendit. Ut si dicas. Ista res mea ẽ. Cũ aũt bissyllabũ in finẽ dictiõis collocat: cauendũ ẽ ne quattuor breues i fine syllabę ponant. In quod vitiuꝫ incidit qui ait. pdidi bona mea. Et plures alię a plurib⁹ in materia numerorũ ponunt doctrinę. Sed certe referẽda est ratio numerorũ: tũ ad varios animorũ affectus: tũ etiã ad dignitatẽ & modũ sententiarũ. Nã quę iracũda est oratio breuiorib⁹: quę vero lęta ac iocũda longiorib⁹ numeris gaudet. nõnihil etiã psonarũ dignitas causarũqꝫ ac temporũ varietas momenti affert. Sed quoniam ab

hac obseruatione sępius ac industria recedendū ē: vel grauitatis causa: vel vt varietate aliqua temperet oratio: splēdos ille numerorū intermittend⁹ est. Caput enī omniū pręceptorū illud visum ē: vt rebus de quib⁹ dicendū est: ars quidem numeris seruiat & nō res arti: a qua ratione qui discedet omnis sane elocutōis dignitatē pturbabit.

De Modo punctandi.



Receptū. Quadragesimūnonū. circa modū punctādi orationes tibi trado. Sūt autē generales punctandi species apud modernos octo: videlicꝫ Virgula recta: vt sic. |. loco cui⁹ more priscorū exiguo pūcto vtimur: sic · Virgula iacēs quę sic ē / Virgula cōuexa quę sic fit (Planus q̄ sic ē . Semipūct⁹ q̄ sic fit ·· Interrogatiu⁹ q̄ sic pingit ? Coma qđ sic facim⁹ scđm imitatores priscorū oratoꝝ : Periodus qui sic ē. ⁓ Virgula recta loco cui⁹ nunc punctū exiguū facim⁹ fit iter substātiua vel adiectiua: vel int verba modi finiti vl infiniti: vel iter prępositiōes quādo nulla ē copula: Ita tamē ꝙ vnū nō veniat ad determinationē alteri⁹: Fit etiā quādo oratio incipit a distinctiōe: quę per se nō pōt assignari sequēti supposito & verbo principali. tūc enī ante suppositū principalis verbi ponitur virgula recta vel punct⁹ exiguus. Iacēs vero virgula semp debet i fine lineę situari: vbi dictio nō sit cōpleta: Vnū illud animaduertēdū ē ne syllaba vnq̄ diuidat in fine lineę: ita ꝙ altera pars syllabę eiusdē sit i principio sequētis. Nā sicut syllaba vno spiritu ē indistanter pferenda: ita etiā indiuisibiliter est situāda. Virgula autē cōuexa poni debet & i principio & i fine oratiōis qñ ponit inter partes orationis principales p parenthesim. Coma vero fit post orationē quę de se pfecta esse pōt. cęterū alia sibi annectit impfecta distincta: incipiēs a relatiuo: mō quo suū antecedēs nō imediate pręcedat: quoniā nihil tūc poni debet. pręterea si sequat dū vel donec vel cū cōiunctio & sic de aliis: quę impediūt verbū. Interrogatiu⁹ duob⁹ pōt fieri modis. altero post imperfectā orationē cū puncto

exiguo sic! altero post perfectã sic:' Planus vero punct⁹ fit i fine orationis pfectę: tametsi dictatoris anim⁹ ad sequenté vlterioréq₃ sententiã pendeat. Semipunct⁹ aũt fieri solet quotiés propriũ vi ri vel mulieris nomé ignorat᷑. velut in supscriptionib⁹ prelatorum sępenumero cõtingit. Periodus vo in fine toti⁹ orationis fieri de/ bet: quãdo nil aliud in ea materia sequit᷑. Sed est notandũ ꝙ si in eadé epistola diuersę scribunt᷑ materię in fine cuiuslibet earũ seruã da est periodus. Omniũ horũ exépla oratiõe in sequéti subijciũt᷑. Quoniam improborũ indies magis inualescit nequicia (nec mi/ reris quia principes fauent sceleri) hinc nihil mirũ est/innocentes calcari: cũ potentes trãseant ipuniti. Quis eni põt esse mod⁹ faci/ nori! languente iustitia/inflagrãte nequicia/in virtutis locũ senten tia constituta:' Nõ itaq₃ ambigendũ est spectabilé ꝛ officiosum vi/ rum dominũ •• Abbatem nostrũ summo dolore confici.

De Dignitate Elocutionis parte tertia ꝛ vltima

DIgnitas ornatã orationé ꝛ verborũ ꝛ sniarũ luce di/ stinctã reddit. Sententiaꝝ aũt exornatio est quę de reb⁹ ipsis dignitaté quandã compat verborũq₃ ipsi⁹ sermonis ppolita contine᷑ grauitate. Quarũ prima ephebasis. i. verbi iteratio in octo partes distributa é. in repetitioné: cõuersionem: cõplexionem: subiectioné: traducti/ onem: conduplicationem: gradationem ꝛ cõmutationem.

REpetitio verbũ principio iterat: vt Quis vehementer iustitia claruit: quis vehementer amorib⁹ exarsit: quis helenã rapuit: quis igne ferroq₃ cadenté troiã deleuit. Alexãder profecto qui pa/ ris dicitur.

COñuersio fine verbũ repetit: vt Italiã hannibal armis vicit: ingenio vicit: dolis vicit.

COmplexio pricipio ꝛ fine verbũ iterat: vt Quis carthaginé deleuit:' populus romanus: quis nũmantiã euertit:' populus romanus: quis corinthũ sustulit: populus romanus: quis socios

seruauit populus romanus: quante igiť virtutis extiterit qui ⁊ amicos fouit ⁊ hostes perfregit considerate.

TRaductio eandē dictionē vage collocat: vt Qui nihil habet in vita iocundius vita: is cū virtute vitā nō potest ducere.

COnduplicatio ē vni⁹ aut plurimoꝝ iteratio cū rōne amplificatiōis: vt ṽtutē scipiōis ṽtutē. ⁊ hui⁹ vrbis gloriā cōmeōrat.

COmmutatio ē cū due diuerse snie ita efferūť vt a priori posterior ꝯtraria priori ꝓficiscať: vt esse oꝫ vt viuas ñ viuē vt edas.

GRadatio est que nō ante ad cōsequens verbū descendiť ꝗ̄ ad supius reuersū est: vt Nihil laudis ⁊ glorie nostris ciuib⁹ reliquū ē: si hostibus quod libet licet: ⁊ qđ licet possunt: ⁊ qđ possunt audent: ⁊ qđ audēt faciūt: ⁊ qđ faciūt nobis molestū non est.

SUbiectio est cū quid aduersum nos aduersariosq3 nostros dici pōt querim⁹. ⁊ quod dici oportet sic subijcim⁹. Eum ne tu hominē appelles qui si fuisset homo: non sic vitam hominis insectaretur.



SUnt reliquę exornatiōes septē: quib⁹ nō verba eadē sed verboꝝ vis efferť: aut cathacretice verbū ꝓ verbo poniť. Earū prima Agnominatio dicitur.

AGnomiatio dissimilib⁹ reb⁹ similia verba accomodat: vt Deligere oꝫ ꝗ̄ velis diligere. Sufficit eni ꝑ casuū mutationē qđ ornatū oratiōi accomodat: vt Scipio numantiā sustulit: scipiōis prudētia carthaginē euertit: Scipionē gloriā ⁊ laudem huic vrbe comparasse commemorant.

INterpellatio nō iterat sed reintegrat verbū: vt Ingenia radicit⁹ deijecit: muros solo adequit: parietes hui⁹ vrbis fūdit⁹ euertit.

NOminatio est que min⁹ idoneo verbo nominat id cuius nominis nō recordať: vt Mugire: hinnire: vagire: murmurare.

PRonominatio est que cognomine quodam extraneo dicit ꝗ suo nomine appellari nō debet: vt Si gracchos aphricani nepotes nominet.

Denominatio est que a rebus propinquis et finitimis trahit orationis originē: que potest intelligi res non suo nomine appellata: vt pro libero vinū: pro cerere frugem: aut ebur aurū argentumque pro diuitijs.

Abusio pro certo propinquo et simili abutit̄: vt pro orare: obsecrare: supplicare: ambire.

Translatio est cū verbū in quandā rem transfert̄ ex alia re qd̄ similitudine recte videbit̄ posse fieri. vt Tumultus italiā expergefecit. Fit breuitatis causa. vt vrbem extinxit subito: Obscenitatis euitande gratia. vt quottidianis nuptijs delectat̄: Augendi cupiditate vt nullius vrbis calamitas istius explere potuit inimiciciās: Minuendi animo. vt paululū in rebus difficillimis aspirauit: Ornandi ardore: vt que malitia nocentum exaruerunt optimatū v̄tute reuirescent.



Nunc iam de tredeci exornationibus que simplices sine admixtione sentētiarū et superioribus diuersis supsunt. dicendū videt̄ Earū prima Articulus se nobis obtulit.

Articulus singula verba cesa oratione distinguit: v̄t Armis cruore: cadaueribus: et luctu: omnia complentur.

Similiter cadens similibus casibus orationem dissimiliū interpositione exornat: vt Uirtutem iugiter explorantem et assiduis curis extollentem collaudas.

Similiter desinens verborū exitus similes dissimili medio habet: vt Uiuis gloriose delinquis ambitiose.

Correctio est que tollit quod dictuz est et pro eo quod magis idoneum videtur reponit. sic Nisi hoc fecisset. imo excogitasset nullam suspitionem reijecisset.

Disiunctio diuersa diuerso verbo concludit: vt Populus romanus nummantiam deleuit: carthaginem sustulit: corinthum disijecit.

Coniunctio: interpositiōe verbi supiores partes cōplectit̄ & inferiores: vt Forme dignitas & morbo deflorescit & vetusta/

Adiunctio: aut principio aut fine verbum collocat. te.

Dissolutū est quod sine coniunctione profertur: vt Clamori/ bus: vlulatibus: luctu: edes resonabant.

Circūitio: rem simplicem: assumpta circūscribit elocutione: vt Scipionis virtus carthaginis opes perfregit.

Transgressio ē que pturbat vboꝝ ordinē: vt Instabilis i istū plurimū fortuna valuit: & hoc arbitror fecisse tuo i eū ꝓ aio:

Superlatio ē oratio augendi minuendive causa superās verita/ tem vt Sermo melle dulcior: corpꝰ niueū: igneū ardorem.

Intellectio: est cū res tota parua de parte aut de toto pars co/ gnoscit: vt Num ille te tibie nuptiales a scelere arcebāt & ostē/ tas nisi diuitias tuas cū annulū tm̄ ostentas: & anhelans ab imis pulmonibus spiritus ducebatur.

Permutatio est oīo aliud verbis aliud snīa demōstrās. Fit a si/ militudine: vt Lupus ē i fabula: aut p argumētū vt Gracchū: rursum nūmitorē dicemꝰ: aut p contrariū vt cū prodigū & luxurio/ sum parcum & diligentem appellamus.



Relique exornationes multitudine verborū constant earum prima Ratiocinatio dicitur.

Raciocinatio ē cū ipsi a nobis rationem cuiusqꝫ expositiōis poscimus: vt In re militari & medi ca vt itidem se res habet: q̇d ita: quo eni dux & me/ dicus antiquior eo melior credit̄: q̇d ita: vsu eni & cōsuetudine que victoriā & salutē parere cōsueuerunt optime norunt.

Sententia quid sit vel esse oporteat i vita expositiōe sola vel ra/ tione & cōprobatiōe etiam ostendit vt domat oīa virtus:

Contrariū alterā ex rebus cōtrarijs sic facile cōfirmat vt qui suis hostibus quomodo alienis consulet.

Membrū res ē breuiter absoluta sine snīe ꝑfectiōe i alio me/

bro orationis excipiatur: vt Tuis dolori: alienis ludibrio: tibiipsi dedecori eras: eiusdé sensus conplexio periodus et continuatio appellatur: hec: sententie contrario et conclusiói tantū conuenit.

COmpar mébra habȝ pari saltē quātitate syllabarū vt Audacia alexandro gloriā cōparauit Sapia platoni laudē védicauit.

EXclamatio ē que ꝑ rerū ac ꝑsonarū cōmemoratiōe in significatione doloris ꝓrūpit: sic. Si parietes nostri loq̄ possēt vel redi nos patres nr̄os iuerentur dicūt vrbé preclarā quā gētiū dominā effecimus vos oppressam ꝛ subiectam redidisti.

COntentio cōtrarijs sentētijs orationem conficit vt Virtus ꝛ litteraꝝ studia difficiles aditus: exitꝰ vero facillimos afferūt.

OCcupatio ē cū dicimꝰ nos ꝑterire aut nō scire: aut nolle dicere id qd̄ maxie dicimꝰ: hac exornatiōe vtemur cū res plana fieri nō pōt: vel ad nos nō ꝑtinet: vel longā aut ignobilē rē effugere volumꝰ: vt Non dicā te vrbis nrē hostē: oēs bonos isectari. Et qd̄ ad te ñ attinet ꝑteribo tēplū te religiōis ꝛ vrbis hꝰ caput euertisse

PErmissio ē cū dicēdo aliquā rē toti alicuiꝰ volūtati ꝑdonare videmur Cū p̄ter animā nihil relictū sit: ca vti libet vtamini.

DUbitatio ē cū q̄rere videt̄ orator. quid potius aut potissimū dicat: vt Quo te moribus tuis appellem nomine.

DEffinitio est que ꝓprias alicuius cōplectit̄ potestates vt Ira est motus animi ad coercēda peccata.

TRansitio ē que cū breuiter oñdat quod dictū sit paucis etiaȝ qd̄ sequit̄ demōstrat: vt VIIcā in cesarē fidē cognouistis: nūc eius in me perfidiam accipite.

EXpeditio ē que rōnibꝰ pluribꝰ enumeratis quibꝰ aliqua res fieri vl̄ nō fieri potuerit cetere tollūt̄ vna relinquit̄: vt Si nec ab vxore que amore ꝛ pietate ꝑpedita erat. nec a nepote q̄ imbellis iterfectꝰ domi ē a crudelissimo liberto mors illata est.

PRecisio ē cū dictis aliq̄bꝰ qd̄ cōceptū ē in aio audiētiū relinq̄t̄ vt Tu hec audes dicere: que nuꝑ aliene domui nō ausim dicē

NUnc iã de colorib⁹ sniarũ dicere tempus simul ꝛ res pricipio a distributione sumpto cõmonuere.

DIstributio est cum res ꝛ psone ꝛ negocia certa dispartiunt̃: vt Quib⁹ reipub. honor. cure est: premia virtuti: penas sceleri statutas rependite.

LIcentia est cũ apud eos quos vereri debem⁹ aliquid audacius proferim⁹: vt Qd omnib⁹ ludibrio estis nõ ab re censeo equissimi pr̃es (ceterũ ne quẽ tñ offendam⁹ stati subiũgim⁹) hic sapiẽtiã vestrã inquiro: audentiã reputo: fortitudinẽ recogito: ṽtutẽ mecũ mente voluto.

DIminutio ẽ: cũ aliq̃d inesse nobis: nature: fortune: aut fame: industrie rõne leuam⁹: vt Cũ sũma vigilantia fortune cõmoda animiqȝ bona a parentib⁹ mihi ꝛ nã ferme cõdonatã cõsequi ꝛ tueri studueri: mediocrit̃ ex his ne nimiũ dixerim assecutus sum.

DEscriptio ẽ que rerũ cõsequentiũ cõtinet pspicuã ꝛ lucidã cũ grauitate expositionẽ: vt Ni istũ iudices capitis reũ dãnabitis: vt fera ꝛ truculenta vrsa vrbẽ ac ciues vastabit: Quare iudices saluti omniũ ꝛ honori vestro consulite.

DIuisio ẽ que rẽ semouẽs ab re vtrãqȝ absoluit orone subiecta sic Aut veneno aut ferro ligno: aut lapidib⁹ vel alia re vitã hominis iuasit.

FRequẽtatio ẽ cũ res i tota cã dispse i vnũ locũ cogũt̃ quo grauior acrior ꝛ criminosior oro sit: vt Cũ hũc iudices cupitis liberare improb⁹ ei petulãs isestus impi⁹: supb⁹ ꝛ intollerabilis est.

EXpolitio ẽ cũ i eodẽ loco manem⁹ ꝛ aliud atqȝ aliud dicẽ videmur: Eandẽ eni rem aut de eadẽ cõmutãdo pronunciãdo vel tractando dicimus: pro eadẽ re propositionem rationem comprobationem: contrariũ: simile ac conclusionẽ afferimus.

COmmoratio est cũ i loco firmissimo quo tota cã cõtinet̃ imoret̃ diutius ꝛ i eodẽ redit̃ sepius: qd ẽ boni oratoris ꝓpriũ.

SImilitudo ẽ oratio traducẽs ad rẽ quẽpiã aliq̃d ex re dispari simile. Sit aut p̃ ꝯriũ vt impio administrãdo ꝛ palestri ludo

cõtrarie ſeſe habet. Fit ꝑ negationẽ vt nõ ſic i amicicia vt ĩ certamĩe currẽdi: nou⁹ veterib⁹ preponẽd⁹ ẽ. Itẽ fit ꝑ collationẽ vt poetice ferme cõparationes ſũt Fit ꝑ breuitatẽ vt cũ audaciſſimi cuiuſdã factũ reprehẽdere oratoris nitimur breuibus ornato ſed inconcinno ⁊ malo cytharedo comparamus.

EXemplũ ẽ alicui⁹ facti aut dicti cũ certi auctoris noĩe propoſi tio: Iiſdem quippe modis quibus ſimilitudo ſumitur.

IMago ẽ forme cũ forma quadã ſimilitudine collaudatio: laudis: aut vituperatiõis cã facta vt Ibat i preliũ corpe thauri validiſſimi impetu leonis: vituperij ſic: Tanq̃ fera vrſa aut imanis draco per forum ſerpit.

Effictio ẽ cũ facies corporis verbis deſcribit̃ quoad ſatis ſit itelligendũ: vt erecta frõte ludibũdis oculis aduncis narib⁹ ſpar

NOtatio ẽ cũ alicuius natura certis deſcribit̃ ſo ore geſtit. ſignis: vtputa cum glorioſi militis iactantia cõmemoratur:

SErmocinatio eſt cum alicui ſermo cum ratione dignitatis attribuitur: quo ſenes parcitati ⁊ grauitati: ioco, ⁊ ludo iuuenes ac rerum profuſioni dediti commemorantur:


COnformatio eſt cum aliqua que non adeſt ꝑſona fingit̃ quaſi aſſit vel res muta ⁊ informis eloquens ⁊ hñs formã ſit: vt Scipio ſi reuiuiſcat dicet: ego vrbi pacẽ pepi vos bella cõcitaſtis.

DEmonſtratio eſt cum ita res verbis exprimitur vt geri negocium: ⁊ res ante oculos afferri videat̃: vt Pila emittunt: ſeſe vmbone contegũt: gladijs cominus certant.

BReuitas eſt cum res tm̃ neceſſarijs verbis expedita dicitur vt principio huius operis habitum eſt.

COncluſio ẽ que breui argumẽtatiõe ex his q̃ antehabita ſunt oñdit ꝙ neceſſario cõſequat̃. hoc mõ habes a me Cyrille ceſar: que de ratiõe dicẽdi copiã dignitatẽ ⁊ grauitatẽ cũ laude: tibi cõparare potuerũt: ſi aſſidua exercitatione maioribus tuis parem in dicendo ſuperioremq̃ te reddi curabis.

Ars Tulliano more epistolandi Jacobi. P. ad Illustrissimũ Principem Tarantinum hispanię Ducem. Incipit Foeliciter.


On me fugit Illustrissime Priceps quantũ & oneris & insolentię existimationis (vt tibi more gererẽ) hui⁹ libelli editione in me verterim. Nõ ꝙ grauiũ atq3 doctorũ iudiciũ per/parui: aut nullius nostrorum hominũ auctoritatẽ fecerim: Sed vt pcipuis in me officijs: assiduisq3 meritis: & nouę pietati tuę: animo saltẽ aliquã do tandem correspondere viderer. Quas ob res cum non nullos male potius de studijs meis sentire: ꝙ parum erga te gratus videri maluerim: Noua hec litterarum precepta: tuo nomini dicata: Jam iã conscribere incipiam. Si vnum hoc preposuero. artem sine assidua exercitatione: nihil aut parum opis afferre: vt curã: operam: vigilantiã: studiũ deniq3: omnẽq3 diligentiã: ab hui⁹ libelli preceptis ad exercitationẽ deriuandam cognoscas. Diuersisq3 inter se generũ: specierũq3 finibus: & inueniendarũ rerũ preceptis ꝙplurimis cognitis: nõ nihil supra legittimas epistolę partes adijcere. Et noua quadã dierum obseruantia tempus maiorũ nostrorum auctoritate litteris nectere consuescas.. De officio & genere epistolarũ.


Pistolarũ officiũ (vt maioribus nostris visum est) dicitur quo absentes his de rebus quę animo extrinsecusve geruntur certiores facimus. harum genera tria sunt quorum Unũ doctrinę Alterũ ioco: Tertiũ grauitati accomodatur. Doctrine genus amplissimũ ẽ omnibus enim de rebus absentes edocere potest. Jocosũ scribendi genus est: quo multo lepore: multaq3 dicacitate: & venustate: res

domestice ⁊ familiares percipi possũt. Graue quo sũmis de rebus omni ridiculo ammoto conscribimus. De speciebus generũ.



Rimi generis species ꝓpe Eruditio: ars: ⁊ disciplina Secũdi Lepos: venustas: vrbanitas: dicacitas: sales: facecie: lipptomia. Tertij Religio: reꝝ sũma: ⁊ res publica: dicit. Eruditio imaturũ icussũ ⁊ incultũ animis nostris documentũ cõtinet. Ars a teneris annis imbibita cõmutabilẽ factibiliũ rationẽ habet. Disciplina necessariã habet obseruãtiã: ⁊ eaꝝ dicit: que alit se habere nõ possũt. Leporẽ: facecias: venustatẽ: sales: vrbanitatẽ: dicacitatẽq; moderatos iocos ⁊ vbis cõcitatos appellam⁹: veꝝ Dicacitas i ꝯtinuatiõe sermonis. Facecie breuib⁹ acutisq; ⁊ pene prurientib⁹ dictis ac factis ad risum concitandũ cõprobant. Venustas est qua cũ gratia ⁊ vrbanitate quadã cuncta proferunt. Lipptomia cũ amaritudine risum (vt greci sentiũt) quadruplicit concitat. Poenia. Carientismo Sarcosmo Antismo. Antismos dicit quicquid rusticana simplicitate caret: ⁊ faceta satis vrbanitate expositũ est. Sarcosmos plena odio atq; hostilis irrisio. Carietismos dura dictu gratius profert. Poenia ẽ accomodatũ reb⁹ ꝑsonis tẽporibusq; prouerbiũ. Religio ẽ qua vnũ ⁊ verũ deũ colere edocemur. Ecõtra Supstitio plures ⁊ falsos venerari admonet. Religio enĩ ver⁹ cult⁹ sanctimonia ⁊ dei maiestas: tũ illa quã habem⁹, i deũ pietas ⁊ reuerentia: a quo homies religiosi appellati sũt: credit. Qui vo priuatũ ⁊ nouũ deũ vt: cabirũ macedones. vraniã poeni. faunũ latini. quirinũ romani mineruã atheniẽses: iunonẽ samos: venerẽ pauos: liberũ naxos appollinẽ delphos: coluere. hi supstitiosi dicti sunt. Reꝝ summa vni⁹ tm̃ principatũ vtputa regale tm̃ iperiũ ⁊ monarchicã ditionẽ spectat. Res publica cõmũis res dicit q̃ omniũ vita honor ⁊ salus vna cõtinet.

De Finibus generum.



Pistolarũ fines: geneꝝ ratione dignoscunt. Primũ enĩ genus: cum ita se habeat: vt reliqua duo genera veluti eius species credant: diuersos sortiet fines

cius tñ propriũ ẽ vtilitas: Secũdi oblectatio: Seueri ꝛ grauis ho/ noris dignitas. Ad quos omnis ratio ꝛ oratio nostra accomodã/ da est: ne procul a finibus vagi ꝛ erratici: nostrę q̃primũ mentis i/ gnari ꝛ imemores dicamur.

De inuentione ꝛ dispositione.



Uoniã hacten⁹ de epistolarũ generib⁹: earũq; specie bus habũde satis dictũ opinor: Nũc q̃ via hęc ad ex ercitationẽ accomodent̃ dicam⁹. Ois huiusce rei rõ sentẽtiaꝝ dictionũq; iuentiõe: ꝛ distributiõe cõparã da ẽ. Inuẽtio ẽ rerũ ꝛ verborũ idonea negocijs ex/ cogitatio. Dispositio est earundem rationi cõsentanea collocatio.

De dispositione iuentionis ꝛ partibus epistolę.



eterũ qm̃ ois inuẽtionis vis: pricipij rationẽ potissi me spectat: de ea accurati⁹ dicẽdũ censuim⁹: Inuen/ tio i p̃ncipiũ: enũciationẽ: causã: cõplexionẽq; cõsu/ mit̃. Principiũ ẽ litterarũ initiũ ad audiẽtiũ mentẽ i sententiã nostrã alliciendã. Enũciatio nostri ẽ con/ ceptus expositio. Causa ẽ quę animũ ad agendũ impellit. Com/ plexio breuibus dicta memorię reficiẽdę gratia recolligit.

¶ Quanq̃ gratiarũ actionẽ a te nõ desiderarẽ: pp bñficia mea in te collocata: cũ te re ipsa atq; animo scirẽ esse gratissimũ: Fateor tñ q mihi fuit giocũda: Sic eni vidi: q̃si ea quę oculis cernunt̃: me a te a/ mari. Lrę tuę mirabiliter gratę sunt senatui: tũ reb⁹ ipsis quę erant grauissimę: ꝛ maxie fortissimi ai: sũmiq; ɔsilij: tũ etiã grauitate sen tentiarũ atq; verborũ. Sʒ mi. N. incũbe vt belli extrema cõficias: i hoc erit sũma ꝛ gr̃a ꝛ gloria. Facile eni hoc faciẽdũ erit: cum ꝛ antea tuã virtutẽ reb⁹ bellicis clarissimã: inimici nouerit: ꝛ horibilẽ mul/ toꝝ mortaliũ stragẽ: paucis añ dieb⁹ te duce fortissime facta: añ ocu/ los volutẽt. Qd̃ cũ ita sit: ni vt monui pgas facere: nullis vnq̃ tem/ poribus: laus tanta: honos: atq; dignitas in te conferetur. Uale ꝛ me consueto prosequere amore.

Ratio principij excogitandi.



OMnis inuentionis ratio: nostris fortunarūq; commodis: generis vel speciei presidio: vtilitatis honestatis tuti & voluptatis gratia cuncta metitur: quod vt facilius intelligere possis: a primo quoq; epistolarum genere repetendum censuimus: vt inuentionis initia ab arte proficiscentia: viam faciliorem quottidiano vsu & exercitatione nobis prebeant. Qui de rebus dubijs consultare: aut res arduas edocere grauabit̄: sufficiēti generū enumeratiōe hoc vel nō posse litteris significari vl' ipsorū qui ea inuenere exemplo: auctoritate imitatiōe: vel exquisita sentētia: subterfugiendū explicabit. Socratem enim philosophorū parentē celo & astris familiarissimū: scientiam & doctrinā omnē e medio: morali tm̄ dempta: sustulisse cōmemorabimꝰ: Opinationē eni solā in alijs artibꝰ esse voluit: quā incerti eē: scientiā vo certi asseruit. Empedocles & democritꝰ veritatē i altissimo fūdo iacere dimersā dixere. Hinc diuersa de orbis situ Ptolemeꝰ & pōponiꝰ mella opinati sūt. Dissonātia Endimion itacus Jzimꝰ & Atlas de ortu & obitu siderū sensere. Repugnātia Solō oracō ꝺ furti crimie: repugnātiꝰ egiptij & Sabini: duplici eni alij pena: capitis supplicio alij: furē puniēdū censuere: Alijs furādi vsꝰ laudabil' ꝑ exercitio & disciplia militari fuit. Cōtraria de religiōe Cretēses: assirij babilones Latini atq; egiptij opinati sūt. Diuersa de re publica. Plato Aristoteles: Marcus varro & Cicero de summo hominis bono excogitauerūt. Etiā illi qui oraculo appollinis sapientes dicti sunt: iudicio etiā stultorū insipientes cognoscunt̄. Quod cū ita sit non mō res dubias nō edocere. Sed horū exemplo moti: de his que ceteri certa dicunt: iam dubitare significabimus: eosq; orabimus vt quid his de rebus sentiamus: requirere ōmittāt: cū summi egregij viri: preclari & excellentis ingenij: extempore aut inconsulto: etiā eadem de re: aut de minori: dicere denegarint: quid nos hebeti quadā et obtusa acie mentis: nisi ad exopta

tum silentium exhortandi sumus: q̄ si quos: his de quibus rebus agitur: certiores facere volemus Archesilauꝫ ignorantię magistrū nec quicq̄ se nihil scire affirmasse dicemus: qui eni nihil se scire dicit: aliquod cognitū profitet̄: cum omnino aliquid sciri posse negat: id prorsus sciri quod non sciri posse aiebat: significat. Quare ne eadem cum archesilai sententia accusandus videaris: de rebus licet nouis et difficillimis: non modo ipsorum: sed nostrę etiam causa inductos scribere dicem⁹: vt ipsi ineptias nostras iniquo animo ferentes: q̄d senserint rescribere compulsi: nos erudire nō negligant. Preclarā etiam officiosorū hominū percōmodāqꝫ sententiam collaudabimus: qui cōmunis rei causa se quippiam ignorare confingunt vt suis posterisqꝫ lumē eruditionē ⁊ doctrinā perscrutatione relinquere valeant.

Secundi generis ratio.



Ui risū concitare studet: hęc nouisse decet: eius rei preceptionē i liptomiā ⁊ facecias distributā esse. Facecias vo factis dictisqꝫ constare. Uerū de facto alias: de his nunc quę tm̄ dicto risum concitāt: dicamus. Risus cū iocunditate omniū vel alicui⁹ amaritudine elicitur. Amaritudo autē vel animi: vel corporis: aut fortunę cōmodi icōmodiqꝫ ratione cōcipit̄: vt crassus de lamia: dyogenes ⁊ Alexander inter se cauillati sunt. Facecię vero vafre dicta ex facto etiam nomen dixisse cōmemorant: vt papirij historia Comica argumenta: thiresię iudiciū: appologetici sermones Phrigij ęsopi: orationis inuersio: veritatis exuperatio: versuum recitatio: risum modestū ⁊ graue prouocare solent. Suspicio etiā: ⁊ dubitatio idem efficit: vt iuliam apud parentē de voluptate fecisse commemorant. Idem Inductio operabit̄: vt inter aspasiā ⁊ xenofontem cum rubore risum concitasse accepimus. Idonea loci temporis rei ⁊ hominis oportunitas: iocū prouocabit: Quę socratē nouisse cōmemorāt: cum in conuiuio rogatus vt aliquid de suis stu

dijs diceret: que loco & tépori côueniūt. Ego nō calleo q̄ ego calleo neq3 loco neq3 tépi cōgruūt iqt. Aliī eni doctū platonē: aliī graué Catonē: ridiculū dyogené: turpē cynedū: & mollē leucippū facien/té verba iducētes. Aliter i loco sacro: aliter i ꝓphano: Aliter fune/sto: aliter voluptuoso & geinali tpe agendū: & loquendū duximus. Quib⁹ autē e locis: ioci & risus argumenta ducent̄. Ex oppositis & seueri & grauis indagabuntur.

Ratio tertij generis inueniendi.

PRincipiū autē a maiorib⁹ tractū ostendem⁹ q̄ vrbes & oppida: vt cyrus ꝑsaꝝ rex in asia: & lacedemones in grecia ꝯdidere. Statuas mox & simulacra consinxe/rūt: vt hūanitatis & virtutis exemplū: posteris etiā dereliquerēt. Ea res longi⁹ protracta ꝓ dijs vota & sacra soluereadegit: at bn̄ viuēdi cupiditatē illexit. Hinc antistbené multos excogitasse deos: Romani eūdē: ꝓ ptāte variū cōfinxere. Iouē superū rerūq3 diuz patrē: pistorē & p̄datorē venerati sūt. Hic ipsumq3 vocam⁹ in patrē predāq3 iouē: vt poete nostri dictat snīa Caluā virilē imberbē barbatā femineāq3 venerē dixere. His simili/busq3 locis res ꝓ cōmodo & snīa nostra pricipij ratiōe excogitan/das duxim⁹: vt hoꝝ exemplo: principiū facilius indagari possit.

Quando principio supersedendum sit.

tilianus & Marcus cicero asserunt. Partes item orationum ordi/nem suum exquirunt vt in oratorijs institutionibus docuimus. Locorum ordo est duplex sedium argumentorū & imaginum. Ordi/nem in argumentis per partes eorum & partium dispositionem exquiremus. Sedium ordo imaginum ratione est recta locorum series vel in corona conuertibilis eorum dispositio. Uerum ordo in locis dispositio in partibus orationis vel imaginibus concer/nitur. Que si ad casum temporis vel insulse ab imperitis dispo/nuntur cognitu dura & memoratu difficiliora erunt. Locorum lex preceptione qualitate: inuentione dissimilitudine. numero impres/sione: memorie corroboratione: imaginum abolitione: notatione exercitatione: ac ingenio conferentium & vi mentis cognitione: cō/menticijsque locis: plene perfecteque constat. De quibus principio a preceptione ducto in hoc primo libro dicemus.

Locorum Preceptio.



Receptio est recta agendi ratio qua nature comoda confirmata & ingenij bona adaucta longe lateque di/lucescunt. hic vt ne quid temere adiciamus. neu qd per incuriam obmittamus seruandum est. Quod ef/fugere qui volet huius artis obseruantissimus & pre/ceptorum curiosissimus indagator & seruator erit.

Locorum Qualitas.



Ualitas est conditio certa locis inscripta vt medio/cri luce mediocrique distantia: firma: imaginum capa/cia: ac solo in loco sita: re aut nomine imaginum ra/tione correspōdentia exactissime cogitentur. Aditus eni & reditus: peruagatio & frequens hominū con/cursatio cogitationē nostrā deludit: Extrema imaginatiue virtuti obesse rei militaris: oculorum & aurium argumento compertū est. Littere eni nimium conculcate & syllabe nimium expresse vel com/presse labore nimio sensus menteque affligunt. Medio igit modo

ac modestia ingenia excitentur. Ne nimium dilatata fusa ac vaga incerta anceps et ignara mens nostra fluctuet. A meridie igitur in septētrionem versa a decem in vigınti passuū distantia: opaca: stabilia: deserto in loco: quinqz pedum ambitu contenta sunt.

Inuentio locorum:



Omparandorū locorum triplex est ratio. Nam aut natura constituuntur: aut cuiusqz ingenio excogitan tur vel his cōposita cōficiuntur. Natura cōstituta di cuntur que non ingenio excogitata: nec cōmentatio ne nostra efficta videntur. Ingenio comparant̄ que nostra sagacitate similantur. Mixta dicuntur que cū natura et ma nu hominū tum calliditate constituuntur. Quod et expediens et cō ducibile magis atqz magis esse arbitramur. Omnia enim a natu/ ra constituta reperire est impossibile: et fictis omnibus vti durum et periculosissimum duco.

Dissimilitudo locorum.



Ocorum similitudo morte magis euitanda est. Naz vti ea compositū ita hec coniunctū resoluit. Vilem hominē facit: mentem animūqz memorie imbecilli/ tate humi deijcit tarditate et infamia aut sempiter/ na aut certe diuturna nos inficit. Quas ob res colo re. opere et altitudine: figura: ac diuersa materia euitare poterim⁹. Uel si non locis optatis et arte comparatis lapidibus saltem: ar/ boribus tumulis: aris monumentis biremibus: astris: insulis: na uibus ac procliuibus pontibus varie effigentur.

Numerus locorum.



Eliquum iam esse videtur vt locorum legibus expo sitis infinita pene nobis loca: ordine: qualitate: luce: distantia medriocriqz spacio: deserto in loco stabilia ac dissimilia excogitemus. Ut si q̄d e memoria haud excidere sed diu impressum tenaciter inherere veli/

mus: ⁊ alia item memorię cõmendare ſtudemus diuerſis in locis
affigamus. Eſt enim tũ periculoſum tum ridiculum duos eadem
in re coheredes in ſolidum conſtituere. Quę qui ſine labore mul/
tiplicare voluerit. Quadrati normam de quo ſecundo volumine
agendũ eſt ſequetur. Centum etiam conficta animalia litterarum
⁊ alphabeti ordine exquiret ac vnicuiqꝫ figurę quinqꝫ maxima dif
formia animalia accommodabit Vel res aliquas animalibus com
miſcere poterit vt diuerſitate hac firmius memorię impreſſa inhe/
reãt. In quibus pro eorũ magnitudine plurimas ac diuerſas ima/
ginum ſedes pro ſententia noſtra ſtatuere poterimus.

Impreſſio locorum.



Ocos arte compatos diuturña meditatiõe ⁊ iugi ex/
ercitio memorię adeo imprimemus vt non aliter te/
nere colligere ⁊ memoriter reddere ꝙ quę nobis no
tiſſima ſunt poſſumus. Diſtrahitur enim memoria
atqꝫ omnis animi vis effeminatur ſi in colligendis
imaginibus ordine ⁊ loco dũtaxat vno aberrauerimus.

Corroboratio memorię.



D eam autem ſummopere muniendam ⁊ vehemen
tiſſimum laborez diffidentiam vel deſperationẽ po
tius propulſandã. Non omnis in ſimul ſed carptim
diſpoſitas imagines ⁊ ordine quinario numero di/
ſtincta loca ordine ⁊ numero ⁊ imaginibus comple
bimus. Vnamquãqꝫ vero quinquies nobiſcum animo noſtro re/
uoluemus mox omnia in ſimul tacite repetemus. Nouiſſime qui/
narij progreſſu omni metu abacto memoriter reddemus. Refici/
tur enim memoria ⁊ laboris pars maxima detrahitur ſi non vno
ſpiritu locis mandata indiſtincte explicabimus. Sed veluti aſper/
rimi a iuga arduoſqꝫ ſaltus ſuperantes aut molles ĩbelles quoqꝫ
ętate pueros inſcriptis lapidibus ſpacijs: muneribus: blandicijs

ac breuis itineris exactum spaciũ: respicientes. Vt mentemq; adeo his affirmabimus vt nec ab ordine nec ab re cadere posse persua/sum nobis habeamus.

Imaginum abolitio.

NE diuturno iugiq; labore locorum indagine nouo/rum mentem animũq; conficiamus. Confertos iam notis: nouarum rerum adiunctione confundemus. vt inde memorię. hinc obliuioni succurrere possim[9] temporum interdum curriculis priora queq; obscu rari debilitari ꝛ refringi sinemus. aut veluti e sedibus procella etiã aduersa tempestate eiecta. vacuas iam domus factas mentem in/ducemus.

Locorum Notatio

LOcorum nota duplex est: numerorum altera: altera rerum. Numeri signum dicitur numerus quinto/quoq; inscriptus: ꝛ hic aut arithmetica figura vel reali notatur: Falx quippe manus aut pes quintũ. Crux decimũ Geminata vigesimũ significabit Ve/rum hermippus loca singula notanda cõmemorat vt ad eum cum veneris rem locum ꝛ loci numerum teneas. Nec tantum re verum etiam numero cõmemorato memoriam facilius exercere valeamus Albertus decimũquẽq; Fabius quintilianus ꝛ marcus cicero quin tumquẽq; notandum cõmemorant. Rerum nota dicitur rerũ ad/ditio locis inserta. Cum enim superioribus legibus locus carebit: ne mentem tardam efficiat re aliqua munietur. Si eni vastus mo/bilis aut nimium lucidus videbitur exedra. clauo ꝛ testudine con/firmabimus.

Exercitatio locorum

VSum vsus ꝛ cõsuetudo doctrinę ꝛ artis magistra di catur: de ea dicendum censuimus. Infirma est eni huius artis pręceptio nisi industria vigilantia exer/citatione comprobet̃. Est aũt exercitatio assiduus v/sus cõtinuaq; memorandi consuetudo. Ea ẽ duplex

nature scilicet et artis. Nature vis non locis: sed signis nonnunquam vtitur. Artis opus locis cōpositis et imaginib9 innititur: hec dempꝫ locis itidem tractat. Cum enim meminisse cupis Bis cursim lectitando textum percurres: ordinem deinde ipsū struemus: sententiam cuiuscūqꝫ membri mox indagabimus: Nouissime omniū sententiā vna complexi mediocri sono et murmure vocis adaucto memorie et locis facile cōmendabimus: si que de memorie corroboratione precepta sunt seruabimus. Loca diuturna meditatione nobiscū exactissime repetemus. Signa et imagines si memorie celeritaté nomen et tenacitaté cupimus litterarū ordine conscribemus. Ceterum si quando res locis cōmendate memoriam nostram subterfugient vel inobseruantia preceptorum vel naturalis memorie aduersa valitudine et impotentia nobis accidere exploratissimū et certissimum habeamus. Impossibile est quippe huius artis obseruantissimi memoriam falli.

Ingenio conferentia.



Abinus Itacensis qui hippocratis libros cōmentatus est mentis et memorie sedē tripliciter distinxit. Inter puppim eni et proram pineā mediā fecit: que cum memoria quippiam repetere instamus patefacta a prora ad puppim spiritui animali aditum prestat. hinc proclum medice artis professorem dixisse cōmemorant ventriculum puppis nobiliorem. Nunquam enim ad eū animalis spiritus nisi serenus lucidus et clarus pertransit. hic frigiditate immodica obtusus memoriam nostrā ebetem et languidam reddit. Frigiditasi vero humditatem vel siccitaté sibi accissere videtur: Plerunqꝫ simplex frigiditas cuꝫ humiditate coniuncta letargum: cum siccitate insomnia et vigilias immodicas vt in pueris et senibus patet. hinc diuinus ille plato: senectutem letargie matrem appellat. Aristarcus pueros et senes facile in morbos: obliuioné et mortem delabi cōmemorat. Ad que propulsanda hec humane saluti confe

rentia excogitarunt exercicium balneum: potū: cibum: coitū ꝛ: mo/
deratum somnum. Spiritus enim ꝛ naturalis calor segniciȩ ꝛ ve/
cordia ꝛ turpi ocio consopiti. Exercitio ante cibū a sensibus reuo/
candi ꝛ excitandi sunt: balneis cibo ꝛ potu ab exercitio remittendi
ꝛ relaxandi sunt. Tristitia nonnunꝗ̄ voluptate propulsanda ē coi
tu lȩticia reuocanda. Insomnia ꝛ immodicus somnus nocturno
moderatoq; sopore releuanda sunt. Meridianus autem somnus
(nō consuetis pręserti) euitandus est. Quod si diuturna consue/
tudine dormiendū existimabis pedibꝰ coreo nudis somnū capies.
Mebris eni sopore ꝛ alto somno solutis. Ad oculos ꝛ cerebrū no
cuos pedū vapores corei densitas reflectit Caput mediocrit̄ ꝓ tem
poris ratiōe pannis cōtectū seruabis. Ut eni imensa frigiditas sic
im odica calidtas mentē stupore obtundit. Resupinā dormitionē
renes supra bouū equūq; calefacientē vt mētis nostrȩ infestissimā
hostē vitabimus: Ea eni muliebri animo gratissima nocturnisq;
elusionibus ꝛ pollutionibus apta. In latus facieq; viros quietem
carpere admonet. Ante lucem surgere ꝛ philosophiȩ ꝛ sanitati con
ferre. Stragirites auctor est. loco tamē ꝛ temporis inseruiendū es/
se Socrates edocet: Phisicȩ ꝛ medicȩ artis professores testāt̄. Cȩ/
li igitur regione infecta solis conspectum cubantes operire pręsta
bit. Cum vero niue concreta aqua ꝛ cana pruina terra obducta erit
Frigiditatem omnē a nobis propulsandā; veluti letargiȩ ꝛ memo
riȩ pestem meminerimus. haud procul igitur ab igne rerum cali/
darum ꝛ odoriferarum corpora amicientur. Uel in pręclusa cellu/
la ab aere ꝛ vento seclusa nos continebimus Meatus omnes cor
poris purgabimus: spiritus ꝛ sensus exercatu ꝛ motu excitabimus
Eburneo inde pectine pręduro asperoq; panno caput confricabi/
mus. Tum manibus ꝛ facie lotis sex vuas passas ꝛ totidem iuni/
peri baccas degustabimus. Tum demum leni exercitio naturali ca
lore excitato sine gentaculo tempestiuū prandiū maturabimus. Cu
ius primo ad stomachū mundandū appetitūq; excitandū rebus

subacetosis:finem dulcibus vtemur. Leuiora primo vina vel aqua
mixta apponatur. ne venę biantes vini vehementia sanguinē exu
rāt. Cibarijs calidis ⁊ siccis hoc ordine vtendū est. vt elixis exem
pta fame assatis prandio (pręter hispanorum consuetudinē) finem fa
ciamus. Rebus naturaliter vel artificio stipicis os stomachi clau
demus: ne fumositas e stomachi cibi ebulitione euaporans mentē
⁊ ingeniū obscurans somnū excitet. Natura vero stiptica: mala cot
toniū: pirum mespilū sorbe. Artificio nuces thasię pręnestinę basi
licę inglandes molustę: auellanę: pincę cariothe: assateq castanee
ficus ⁊ baucię ac pręparatū coriandrū dicunt. A frigidis ⁊ humi/
dis cibarijs ⁊ cerebro medullis petasone ⁊ aratorio ⁊ vetusto bo/
ue abstinēdū duces. Res acutas ⁊ fumosas vt raphanū allcū cepe
porrū ni igne digestū vt memorię hostē propulsabis. Caput ⁊ pe/
des cū decoctione aquę i qua mellissa laurifolia feniculi ⁊ camomil
lę cannę ferbuerint mundissimos seruabis. Ab īmodico coitu pita
goreorum sententia abstinebis. Noxios odores cerebrū lędentes eui
tabis Aromaticas res veluti ingenio conferētes nobis gratas cha
ras habemus. Exercitationē nocturno crepusculo pictagoriorum
more celebratam maximo adiumento memorię mortaliq menti ⁊
ingenio esse pernosces. Arnaldus ⁊ tiberides linguā vppupę sup
obliuiosum impositā memoriā restaurare asserūt. Mentis obtu/
sio sinappi piperis castoreiq sternutatiōe Origani staphisagire ac
radicis capparis mastitione leuatur Cathaplasma antitodum vn/
ctiones: pillulas sane mentis medicis relinquendas nō iniuria p/
hibent. Sternutamentū e felle gruis ⁊ oleo sambuco letargicū sa/
nare. Constantinus affer auctor est. Gaudium moderatum mode
rataq oblectatio memorię plurimum opis affert. Democritus ar
chigenes: alexander: peripatheticusq andromicus plurima menti
conferentia monumentis litterarum tradidere quę litteris cōmen
dare nō grauarer nisi industria, ⁊ consilio probati medici indigere
coguoscerem.

Cognitio mentis.



Mentis nostrę vim ingenij & diuturnam memorię tenacitatem veluti pręfixum mentis terminum nosse oportunū est: ad quē cum ventū fuerit quę firmiter impressa tenere cupimus iugiter memoria repetemus. Non enim naturam artificio nec artem naturę pręstare exploratissimum habemus. Nam & quę naturali memoria percepimus & ea quę arte memorię commendamus ni pręfixo spatio repetita fuerint fluxa veluti & caduca excident.

Commenticia loca:




Non nihil opis cōmenticia etiā loca afferre vsu compertum est: Si distincto ordine sedium ratione excogitata erunt, ne fulgida splendescāt vel obscura opacitate obtecta prorsus latitent. Sed distincta & clara vt sequenti figura euidens est. Locorū multitudinē apertam nobis prebeant. Cęterum quoniam de ordine lege pręceptione qualitate inuentione dissimilitudine numero locorum impressionę: memorię corroboratiōe: abolitione: exercitatione: ingenio conferentium & cōmenticiorum locorum cognitione dicentes. Satis huius primi libelli magnitudo creuit: cōmodius reliquis de rebus in sequenti volumine dicendum censuimus.


Jacobi Publicij Realium litteraꝝ cęterarũ quoqꝫ figurarum. Liber secundus.





Agnam nobis immen am ⁊ pene diuinam cõmo/ditatem rerum ⁊ litterarũ adiunctionem afferre pe/riculo iam compertum est. Cum aũt imago in ho/mine: aut obliqua linea sensim ducta: aut littera ꝓ orbis cardinibus versa nouas primis adijciet figuras. Vel cũ res integre tractim ductę cõminutęqꝫ per scribendarũ partium additamentum nobis suppeditabunt. Sagaci enim exquisitaqꝫ artę versę diuisę tractę et adiunctę litteras litteris connectẽt exitum rerum aperient atqꝫ significabunt. Si enim ad solis ortum terrę centrum litteram vertes. B. ad occasum vel celum. C. ad diẽ medium. D. ad septẽtrionem. F. sibi iungit vocalis. Consona eo/dem ordine seruato. vocales liquidasqꝫ annectet. Caput obliqua linea circũductũ variabimus figura quadrati. Diuide per al/tum. s. longũqꝫ per. r. Crux. t. distinguit. l. m. n. corona variabit. Complices identidẽ Media diuersa ac varia finges Argolicos en/ses biberaqꝫ tela. Diuersarũ quoqꝫ nationũ et gentiũ litterę velu/ti nouę nobis ⁊ ignotę figurę cum plurimum mentem in recorda/tionẽ excitant. Grecas hinc litteras hic subijcere consilium fuit vt diuersarum figurarum ratione mentem facilius leuare possimus.


α β γ Δ ε ζ η θ ι κ λ μ ν ξ ο ϖ ρ σ υ χ φ ψ ω


A
ARTA


B


A
A


B
BVLBI



A



C
BABATVM


C


E


D



E


D


E



F

G


F
CLAVA

I

G


I


I


M


L


M


L


N


N







P




P
S


R

S

R

T

S

T


V


X


V






V





Figura locoꝝ fictoꝝ: cui tres aliq̄ cōsimiles ꝑ centū locis ingenio cuiuslibet comparari facillimū erit


ORTVS
MERIDIES
OCCASVS
SEPTENTRIO
Res vocalé designans prima
Res vocalé denotans secunda
Res vocalem designans tertia
Res consonantem indicans
Res consonantem
diversas sibi vendicat
diversas recipit.
diversas assumit.
vocales diversas accipit
litteras diversas sibi annect
varie versa huius circuli extremi
varie versa huius circuli penultimi
varie versa huius circuli ante
prima varie versa
significans secunda
consonantes
consonantes
penultimi consonantes
huius circuli secund
huius circuli primi
A
B
C
D
E
F
I
V
T
L
M
P
R
S
X vel S

Jacobi Publicij imaginum liber tertius & vltimus.



Um locorum coniunctionisq3 & litterarum ratione superioribus libris aperuerimus: reliquũ esse videtur vt de imaginibus hoc tertio libro disseramus. Simplices enim spiritualesq3 intentiones nulla corporea similitudine adiutę e memoria q̃primũ elabunt. Eam nos imagine signis insignijsq3 commoditatem nobis comparabim⁹. Est autem imago formę cum forma figurę signi vel insignij similitudine quadã collatio. Hęc ridiculi motus: mirabilis gestus: trucis crudelisq3 vultus: stuporis tristicię & seueritatis plena esse debẽt. Magna quippe incredibilia: inuisa: noua rara inaudita: flebilia: egregia: turpia: singularia, ac pernusta mẽti & memorię nostrę ac recordationi plurimũ conferunt. Vehementius enĩ humanos sensus humanãq3 mentem extrema q̃ media excitant. Eius rei ratio multiplex est. Signum enĩ duodecim partibus resoluitur. Quarũ prima Effictio dicitur. Ea est cum corporis facies certis describitur signis. Vt sic senem hic artis gratia effingamus. Tremulum incuruũ: gementẽ: labijs dimissis in cano mento iam mucidũ nasum tergentem Econtrario lęta iuuentus excogitabitur. Corporis nostri pulchritudo & feditas sic indagabitur. Vt Colli longitudo capillorum digitorum & totius corporis proceritas admirationẽ nobis & stuporem pręstant Naris oris: aurium: mamillarum ventris pedũq3 breuitas his ornamentum pręstant. si qua latent meliora putes Frontis oculorum pectorisq3 amplitudo & dignitas eis honestamento accedat. vox sexui correspondeat Collum & teretes digiti venustatem & longiora brachia dignitatez afferunt. his rubicundulę maxillę & ora vernantia rosis: puniceaq3 labia addantur. Manuum pectoris colli & oris candor: supercilij oculorum: torquis & vestium nigredo: modestus incessus pręclara fama & pręstans virtus. his corporis bonis addatur.

hinc affer poeta virginē vituperans Ruffam cesiam: sparso ore: aduncis manibus contemnit. His similibusq; commentationibus latentes rerū imagines latentiaq; signa iugi exercitatione nobis vendicabimus.

Accedit secunda signi species nobis quoq; Notatio. Qua naturales affectus in medium afferimus. Sic enim cuiusq; etatis et animalis cuiusq; passiones euoluamus. Voracem lupum: timidas damas timidosq; lepores: caprasq; fugaces. leta iuuētus: tristis senectus: prodiga adolescentia: auarissime mulieres: liberales viri dicuntur. Huic rei diffinitionum ratio plurimum opitulabitur. nec minus poetice descriptiones. Si quis autem famis qualitatem ignorat hos perpauculos nasonis versus lectitet. Quesitamq; famam lapidoso inuenit in agro. vnguibus et ratis vellentez radicibus herbas. Dura cutis per quā spectari viscera possint Ossa sub incuruis extabunt arida lumbis Ventris erat pro ventre locus pēdere putares Pectus et a spine tantūmodo crate teneri. Auxerat articulos macies genuūq; tumebat. Orbis et immodico prodibant cune tubere tali. Quod si quē fame imago latitat Virgiliū quarto eneidū et Ouidium octauo lectitet. Eam pedibus celerem et pernicibus alis. Cui quot sunt corpore plume. tot vigiles oculis tot lingue totidem ora sonant tot surrigit aures. Inuidia infelix. sic a Nasone describitur. vt Liuiant rubigine dentes. vipperas exodit carnes. Nusq; recta sit oculorum acies. risus abest nisi quem alij fecere merendo. Somnij effigiem egregie excogitauit. Domum enim ei obscurā confecit a qua latratus omnis canum vigil quoq; ales abest: decursus sonusq; aquarū raucus papauera et lectus ex ebeno compactus: ipsū deum procumbentem ad somnum incitant. Quibus rebus sepe latitantia signa bonum exemplo excogitare et adinuenire facile poterimus.

E Tymologię cognitio plurimum inquirendis imaginibus & signis confert Philippus si imaginem suam dure nobis prębeat etymologię & nominis sui ductu similitudiné facile accommodabit. A philos eni.i.amor & hippos equus ductum habet hoc é amator equorum. hieronymus sancta lex Jacobus collutator interpretatur. Frons a foraminibus: Oculus ab oculendo ab iniurijs ductum habere varro asserit. Calamitas ab excussione calamorũ. Mulier a mollicie: Femina ab abstrusa sui corporis parte. vnde & feminalia dicta sũt. Uir a virtute. homo ab humo (quod etiã antiquorũ theologia promethei ratione comprobat) originé ducit Pauper rebus suis contentus non est. Miser nihil habet. Egestas eorum est quę opes suas sine ratione gesserũt. Penuria quod nos pene vrat. Inops omni opere caret. E conuerso Pecuniosus pecoribus. Locuples locis: diues pecunijs: Opulentus operibus affluit Felix scdo sidere natus ad quẽ constellatione bona prouenere. Beatus beatitudine & diuina prouidétia auctus Fortunatus casu & fortuna bonis adauctus. Qua de re dicere non grauaremur nisi alio libro deducto a nobis dictum esset.

N Onnihil etiam ad hanc rem opis onamathopeya nobis affert id est cognitio verbi e sono vocis ducta. Sic ennius taratantara dixit. Equi hynnitus. mugitusq; boum. balantũq; gręgem. Strix nocturna & verspertilio strident. Bõbitus apiu; grus gruit. crastinat coruus. tu cornu voce notatur. Barritus a barro. Ululant vlulę. pipant accipitres. & alia quę plurima sunt: vsu & cõsuetudine vocis sonitu imagines pręhebunt.

R Erum effectus nonnunq̃ notare & colligere pręclarum est. Cuius ope plurima mentetenus cõmendare valeamus. Sic mensiũ nomina colligemus vt Martem bello deditũ Aprili mense omnia aperiuntur: pullulent & gemmas explicent flores & vites. Maius floribus redundabat. Junius herbis & frondibus.

hinc Virgilius. Tunc somni dulces densęq3 in montibus vmbrę omnia nunc florent Julius segetibus ornetur. hinc Ouidius Stabat nuda estas ꝛ spicea serta gerebat. Augusto omnes adhuc fructus accrescunt. September dulces habet vuas dulcesq3 affert fructus. October sorbes ꝛ nespulas. Nouember olcę baccas cruentęq3 mirtę fructus colligit. Januarius bifrons preterita futuraq3 cōcernit. Februarius a febꝛuo ꝛ plutone floꝛeu3 ver reuocat. Sic dierum ratioñe exquirimus. Solis enim dies coꝛona duodecim gemmarum notabitur vel alchimistarum vocabulis exquiritur: Dominico enim die aurum. lunę argentum. marti ferrum. mercurio argentum viuum Joui stannum veneri ęs. saturno plumbum applicauere.

SVa cuiusq3 artis arma ꝛ instrumenta officia auctoꝛes distinguere poterunt vt Pila romanos. Sarissas macedones. Pelta hyberos. Sic etiam cuiusq3 officinę arma suos opifices ostendent. vt Mola subuncula. onoferum olera rastri. ꝛ quę his similia sunt.

EAdem actu excogitabimus longęq3 melius motu parte coꝛpoꝛis indagare poterimus. Singulas enim coꝛpoꝛis partes numinibus dedicarunt. Pedū eni articulos saltu ꝛ velocitati: genua misericoꝛdię: digitos pectine iunctos doloꝛi. Caput impositū vel reijectum in pectus concessioni. Jn ceruicem versum negatiōi. Jn humerū deiectū hippocrisi. Terga fugę Quieti ꝛ ocio nates. Capilli diuicijs. vngues crudelitati. dentes discoꝛdię digitos mineruę. Frontem superbię: aures memoꝛię dedicarunt.

OPpositum sępenumero ad memoꝛiam reficiendam spectat vt testudo pꝛo velocitate: ęgrotum ꝛ valitudinariū pꝛo bene sano ꝛ plurima quę per ironiam pꝛoferuntur.

ACcidens ꝛ pꝛopꝛium subiecto notabit̄. Vt nigredo in mauro. fuscedo in arabis. rubedo in dalmatis. Albedo in gallicis

Risibile in homine: hinnibile in equo. barritus in elephante de/
monstrabitur.

CAuse cognitio reminiscentiã creare in nobis solet. Furti enĩ causam auariciã dicimus. Unde egregius vates versibꝰ me/
morię pręcepta complexus inquit. Causa vel oppositum simul in/
strumenta vel actus. Consimilis facient te meminisse rei.

SI mixtam substantiaꝫ memorare cupis. epigramata: aut spe
cies resoluta enodabit. Centauros enim ꝛ chimeram. species
nobis facile euoluent.



Um prima huius libelli pars prope modum a no/
bis absoluta sit: iam ad figurã deueniendũ esse pu/
tauimus. Ut enim signum cognitionis semine(pal
lore albedine rubedine) lesę cõscientię indicia osten/
dit. sic figura rerũ realium formã imaginéqꝫ indica/
bit. Cuius ope facile carmine conclusę res aperientur. Hinc nõ in/
iuria camillum iurisconsultum omnis humani iuris rubricas per/
pauculis versibus complexum memorię cõmendasse accepi. Di/
uisione rerũ: litterarũ ꝛ syllabarũ cõuersione latitãtes figuras inda
gabimus: sic rebus suber. nabo bona laudabilis lauda bili infecta.
nemus sumen referet. Litterarum adiunctione cõminuctione: de/
tractione ꝛ alteri adiunctione memoria excitabitur. vt istam ipsam
mipsam enĩ detrahendo primę parti. m. ꝛ iungendo sequenti fa/
ciemus Prima autem melius litterarum paucitate conscribitur sic
H. significat ista. Exitum vel principium aut vtrũqꝫ verbis simile
exquiremus vt innocentes ignoscentes. Res sensitiua ad sensum
referatur. Ut visus: auditus: odoratus: quod si aspectus olfactus
dixero sensu cõmutato distinguam: vt simeę capellę promostide.
Eadẽ itẽ esse poterit lr̃a licet sñia diuersa aut varia sit Uir. nõ igna
ra mali miseris succurrẽ disco: i ara mali pomi vl̃ naual̃ ligni ima
go sit nihil refert. Uerba noię sępe referũt ꝛ ecõuerso vt disco amo

Aduerbium itidem ut condam loco quondam. Unica littera plures referre perpulchrum est ut quodcunqz. A. perfossa ea parte corporis locetur nomen verbumqz variat ut in hac figura patebit.

Einsdē nominis realis figura memorię ꝙplurimū cōfert maxieqz si ita voci deť ut eius dictiōis vocē quā memorię cōmendare cupimus expręssum extitit ut meles sępe: qd si fieri neqt ad alia diuertamus. In sensu ꝛ nō i significatione ęquiuoca indagabimus. ut Sistrum canis sępe arma ꝛ quę his similia nouerimus.

SUperest ut de q̄rta hui⁹ extremi voluminis iā parte dicam⁹. Insignia eni cuiusqz rei propriū vocabulum exquisitū referūt. Ea tripartita sūt rerū .s. personarū ꝛ locoꝝ: vera ꝛ ficta dicunť. Personaꝝ sūt hęc/ Imperatoris trigoma: corona regis. prętoris ꝛ pręfecti sceptrū. consulū fasces, ꝛ securis. Sūmi pontificis tyara: cardinaliū phęniceus pileus. episcopoꝝ mitra. aurea calcaria militarē dignitatē. aurei annuli zonęqz margaritę ꝛ gēmę medicū. vnde nō iniuria a poeta dictū arbitror. It galienus eques gēmis oneratus ꝛ auro Plato secū peditē trahit Aristotelē. Leo marcus. aquila Johānes. vitulus luce. angelus mathei. cathene leonardi. pectines basilij. pellis bartolomęi. claues Petri. retia Andreę. codeę ꝛ galerus Jacobi. Porcellus lacteus Antonij insignia refert.

LOcorū dicunť cuiuscūqz loci priuata bona: hinc Virgi. primo georgicorū. hic segetes illic veniūt felicius vuę Arborei fętus Alibi. Atqz iniussa virescūt gramina. Nōne vides croceos ut tmo/

lus odorē. India mittit ebur Molles sua thura sabei. At calibes nudi ferrū: virosa pont⁹ castorea: Eliadū palmes: ⁊ epyrus equarū Sic caudia zagarū: florentia pupurā. Valentia risu: innittens suo proprioqȝ bono denotabitur.


Rerum insignia sūt. ensis iusticię. equitatis libra. herculea clava fortitudinis: geometrię circinnū. astrolabiū astrologię. Et ea quę supra de partibus nostri corporis cōmemorauim⁹. vt Discordię dentes: memorię antem: apposita manus fronti ⁊ oculis obliuionis digitorū ⁊ vnguiū mordicatio: ⁊ quę his similia sunt: Sunt nōnulla quę ⁊si similia sunt tamen suū auctorē sequuntur vt funda baleares: arcus anglicos: balista hispanos. Sūt quę p comparationem trahuntur vt pauperior Codro: ditior Crasso: pulchrior Narcisso.



Reliquum est vt de ea memorię parte dicamus quę oratorum propria est id est de sententijs: ⁊ quę his congruunt. Est autē sententia non ea quam vulgus indoctorum credit. sed ea quę plurima conscripta perpaucis bene viuendi rationem explicat: In qua genus. locus. tempus. persona ⁊ sententię vis distincte notantur Eandem rationem silogismi ⁊ argumenta sibi vendicabunt. verū hic medium vel maiorem extremitatem ⁊ minorem locis collocabimus. habitis enim premissis intellectus ex sese infert conclusionem quę non colligitur nisi ex maiori ⁊ minori extremitate. Medium autem in proposito causam conclusionis illatę dicunt in qua virtualiter effectus includitur. Nunc iam de his quę animum oblectant: ingenium acuunt: ⁊ memorię bene sane signa exprimūt dicamus. De quibus tabulam dupliciter depictam in medium afferam vt facilior exitus huic operi detur. Labor omnibus detrahatur ⁊ iocundum cum laude fructum auditores nostri inde consequi valeant.




Interrex Eques Vir con Rex Regina Vir con Eques Interrex
aurat⁹ sularis sularis aurat⁹
Colon⁹ Faber Scriptor Thesaurari⁹ Medicus Caupo Teolonari⁹
Lusor



Que ad consumatū spectant oratorē: ex antiquo rhetorū gymna/
sio: dicendi: scribendiqꝫ rationes: necnon ꝗ aptus optimo cuiqꝫ vi
ro titulus: memorię quoqꝫ modus ꝑutilis: Jacobi publicij Floren
tini lucubratione in lucem ęditus foelici numine explicita sunt.

Erhardus ratdolt augustensis. 1482. pridie calen̄. decembris
impressit Venetijs.



Francisci Mataratij Perusini viri vtraqꝫ lingua Eruditissimi ad Petrum Paulum Cornelium Eruditum ⁊ ingenuum adolescentẽ de componendis versibus hexametro ⁊ Pentametro opusculum ⁊ primo prohemium.



Oeticam artẽ veterẽs primã quandam philosophiam esse voluerunt que ad viuendi rationem ab ineunte etate adduceret: Que mores: que affectiones nos doceret: que res gerendas cum iocunditate preciperet. Posteriores vero solum Poetam sapientem esse asseruerunt. Et greci quidem liberos suos poeticis erudire disciplinis ab ipsis in cunabulis consueuerunt: Non nude voluptatis: sed caste moderationis gratia: quod auctor grauissimus Strabo scribit. Quem vero finem ipsi spectent poete: cum alij permulti vt is quem modo nominaui: tum scite his versibus Flaccus Venusinus ostendit. Aut prodesse volunt: aut delectare poete: Aut simul ⁊ iocunda: ⁊ idonea dicere vite. Quid dicam diuinos a Platone: sanctos ab Ennio poetas appellari: quasi deorũ aliquo dono ac munere nobis commendati videantur vt Cicero tradit. Dicitur hec de admirabili ⁊ pulcherrimo artificio satis attigisse visum est mi suauissime Petre Paule omnis perusine nobilitatis splendor: ⁊ Illustris Corneliorum familie decus: que apud nos patritia est: ⁊ semp floruit: ac nunc parẽtis tui petri Phi lippi viri probatissimi: ⁊ iuris consultorũ iuris cõsultissimi virtute ⁊ gloria maxime floret: vt intelligas nõ sine causa cupere te atqꝫ

optare cõponendi carminis hexametri ⁊ Pentametri rationem ac viam per nos potissimũ tibi patefieri. Quod ⁊ si ea de re permulta tum a veteribus tum a nostrę ętatis hominibus accurate ⁊ luculenter scripta sunt: facimus nõ inuiti: ne si refragati fuerimus: aut fugisse laborem: aut tibi cui omnia debemus noluisse industria nostra: quãtulacũqȝ ẽ morẽgerere videamur. Et q̃ te ad dicẽdi studiũ excitauim⁹ atqȝ ad rhetorica rudimẽta perduximus ad dulcedinem quoqȝ musicã q̃ȝtũ in nobis ẽ nolle pducere existimemur. In quo magis studio tuo ac tuorũ q̃ recto ⁊ legittimo docẽdi officio ⁊ nostrę volũtati satisfecim⁹. Par eni fuerat (quod nemo vł mediocriter doctus ignorare potest) vt tener adhuc ⁊ rudis amim⁹ tu⁹ poetica prius lectiõe imbueret̃: ⁊ fabulosis narrationib⁹ exerceret̃. Sȝ cũ breui in cõponendis epistolis sic ꝓfeceris vt alicui⁹ adiumento ad id amplius iã non egeas: satis arbitror fore si animũ vt instituisti intẽderis: ⁊ ardor iste tuus quo accensum te cõspicimus nõ recederit: vt nõ minus propediem versu q̃ soluta oratione valeas. Qua in re ⁊ hortari te ⁊ impellere q̃tũ assiduę occupationes meę concedẽt tẽporis non desistã. Sed iã ad ea quę tradi tibi a me tantopere efflagitasti aperiẽda pergamus atqȝ a pedibus quibus versus ipse constituitur initium capiamus.

De Pedibus versus hexametri ⁊ pentametri.



Unt aũt omẽs quib⁹ vtimur duo de trigita: sȝ ex his septẽ dũtaxat versum hexametrũ ⁊ pentametrum: de quib⁹ mox p̃cepturi sum⁹ ingrediunt̃. Spondęus vt luctãtes ventos tẽpestatesqȝ sonoras. Troche⁹ vt italiã fato ꝓfugus lauinaqȝ venit. Iamb⁹ vt liminaqȝ: laurusqȝ dei. Dactil⁹ vt pandit̃ iterea dom⁹ omipotẽtis olimpi. Anapest⁹ vt fluuiorũ rex eridan⁹. Tribracus vt abdidit ⁊ nate tuniqȝ canit himęneos. Procleumatic⁹ vt genua labãt: ⁊ hoc quidẽ pede trib⁹ i regionib⁹ versus heroici virgiliũ vsum esse cõperio: in p̃ma vt arietat i portas: in secũda vt hęrẽt parietib⁹ scalę. in quin-

ta vt labat ariete crebro ianua: & Titire pascentes a flumine reijce capellas.

¶ Spondeus constat ex duabus longis: temporũ est quattuor vt muse: sic dict⁹ παρὰ τὴν σπονδὴν qa hoc pede quędã in tẽplis σπένδοντες hoc est libantes carmina decantabãt. Numa pompillus pontificiũ appellauit. Iambus constat ex breui & longa vt dies παρὰ τὸ ἰαμβίζειν hoc a maledicẽdo: sic vocat⁹: ẽ eni versui maledico habilis: vel ab ἰάπτω quod ẽ noceo quia pes inuent⁹ ad nocendũ: Uel a iãbes puellę nomine quę cęlei & menalinę famula cererẽ ad eos delatã: cũ proserpinã quęreret cõuitijs quibusdã inuasit ac male tractauit: tradunt̃ & alię nonnullę nominis origines. Troche⁹ lõga & breui ẽ: vt roma temporũ triũ sicut iamb⁹ a Mercurio repertũ ferũt παρὰ τὸ τρέχειν hoc ẽ accurrẽdo nominatũ: ꝙ esset decursionib⁹ aptissim⁹: hũc arũci italię populi rutilũ appellauerũt. Dactil⁹ cõstat ex pͥma lõga & duab⁹ breuib⁹: tẽpoꝝ ẽ quattuor: vt romul⁹: a tractu digiti: sic vocat⁹ q̇ grece δάκτυλος dicit̃: vt eni i digito pͥmus articul⁹ longior ẽ duo sequẽtes breuiores ita dactil⁹ quidẽ pͥma syllaba lõga ẽ: duab⁹ vero sequentib⁹ breuib⁹. Nomis tñ & alię tradũt̃ cãę: sꝫ nos vulgatiorẽ: tũ i hoc tũ i alijs sequi maluim⁹. Anapestus dactilo ꝯrius ẽ. ꝯstat ei duab⁹ breuib⁹ & longa vt nebulę. παρὰ τὸ ἀναπαίειν id ẽ παρὰ τὸ ἀναπάλειν πρὸς τὸν δάκτυλον q̄a recurrendo repcutit dactilũ sono reciproco. Tribracus dicit̃ ὅτι τρεῖς βραχεῖς ἔχει. Un̄ latine tribreuis appellat̃. q̄dã brachisyllabũ: pleriqꝫ choreũ dixerũt. qm̃ choreis hui⁹ cõpositio cõuenit cõstat trib⁹ syllabis breuib⁹ vt helena. Proceleumatic⁹ q̄tuor breuib⁹ ꝯficit̃ syllabis & tp̄a totidẽ hꝫ: vt pͥbs cui nomẽ ẽ. παρὰ τὸ προκελεύειν hoc ẽ ab hortãdo & suadendo qḋ ei rei ob nimiã celeritatẽ aptissim⁹ videat̃. Quidã a nautaꝝ clamore nomẽ inditũ pedi maluerũt: qḋ verũ esse Martialis carmen facit videri: Lẽtos tigitis ad celeuma remos: Nõ nautas puto vos

sꝫ argonautas. est eni celeuma clamor quo pari tenore ac celeritate se inuicē nautę ad impellendū remos cohortantur.

De Pede Arsi Thesi.

PEs est sublatio ac positio duarum ampliusve sylla/barum cum certa temporum obseruatione. Nec pes dicitur nisi due pluresve fuerint syllabę: quę Arsim & Thesim hoc est subleuationem & positionem faci/ant. Una enim syllaba longa efficere pedem non valet Nec gemino tempore: sed duobus ictibus arsis & thesis per/quiruntur. Et pes quidem in versu a similitudine pedum corpo/ris appellatur. sicut enim pedibus corpora mouentur: ita versus ipsi cum scanduntur quibusdam quasi pedibus incedunt:

Pedum alij Legittimi: alij nothi: Legittimi proprij & naturales cuiusqꝫ metri sunt. Nothi pro legittimis ponuntur & in eos resol/uuntur ratione temporum. Aequa autem pedis diuisio est. quo/tiens pedis sublatio temporibus positioni par est: vt in Dactilo & Anapesto. Item Spondeo Pyrrhichio quorum Arsis tantū ha/bet quantum & thesis: heroici versus legittimi pedes sunt. Spon/deus & Dactilus. Nothi reliqui. Et Trocheum quidem admitti nunꝙ volunt: ꝙ cuiusqꝫ versus vltima syllaba sit indifferens: & ꝓ lōnga censeatur vt in hexametro Spondeus potius sit: ne si Tro/cheum malis: vno tempore a Spondeo superetur: soluiqꝫ in eum non possit.

Quot accidant Pedi.

PEdi accidunt sex. Arsis: Thesis: Numerus syllaba/rum: Tempus: Resolutio: Figura.

Arsis & Thesis: quoniam in pronunciando & scā/dendo versu quędam fit sublatio & positio in ipsis pedibus vel pedum syllabis. Breues namqꝫ syllabę deprimun/tur.. longe attolluntur.

Numerus syllabarum: quia cum duo de triginta pedes sint: vt diximus quibus in diuersis metris vtimur quattuor dissyllabi sũt trisyllabi octo. quadrisyllabi sexdecim.

Tempus syllabę accidit gratia pedis. est autem mora qua syllaba effertur. Longa autẽ syllaba duo tempora: Breuis vnum habet. Tantũ enim temporis absumitur duabus breuibus enunciãdis quantum vna longa proferenda: Cum celerrime ⁊ vno penę ictu breuis: longa maiore mora proferatur.

Resolutio est cum syllaba vna pro duabus vel duę pro vna: aut pes pro pede ponitur. Et vna quidẽ syllaba pro duabus per dieresim hoc est diuisionem diphthongi poni consueuit: vt spartanę: vel qualis equos threissa fatigat Arpalice pro treſſa. ⁊ Aulai in medio libabant pocula bacchi: ⁊ diues equum diues pictai vestis ⁊ auri. pro aulę ⁊ pictę: sunt enim gręci diphthongi ᾱι. Est autem dieresis diuisio vnius syllabę i duas: Duę syllabę altera breuis: altera longa: ⁊ contra altera longa. altera breuis. pro vna ponuntur ⁊ in scandendo in vnam coeunt per synęresim quę est coniunctio duarum syllabarum in vnam. Exemplũ primi est apud Ouidiũ. Non erat hic Aries villo spectabilis aureo. Et apud Virgiliũ pendent Lychni laquearibus aureis. ⁊ cum refugit siluis: ⁊ cum se condidit alueo. Exemplũ secundi Fixerit ęripedem ceruam: licet pro aeripedem pes pro pede ponitur vt Spõdeus pro Dactilo in qnta regione quę propria dactili est vt apud Virgilium Cornua velatarum obuertimus antemnarum: ⁊ Lucanum Altus cęsorũ pauit cruor armentorũ. Sed ante spondeũ cum in quinta sede fuerit: locari dactilum debere quidam voluerunt: quod tamen Virgilius contempsisse videtur: vt cum ait Nereidum matri ⁊ neptuno ęgeo Gręci poetę diligentius custodiũt vt homerus ὅιδε πάνιμεριοί χολπῆ θεὸμ ἰλάκοντο hesiodus ἐμολάρα δὶ οθησί λίακτο/ρόο ᾶγεἰφόμτης

Figura quę accidit pedi: syllabę quantitatẽ

indicat & directa quidem linea sic.—.producte. Semicirculus sic. ᴗ correpte signum est. Cōmunis si breuis pro lōga accipitur hec nota erit.∠.si longa pro breui hec.⁊.

De Versu.



Ersus est partium legittima dispositio & pedum culta copulatio consonanti specie metricā.exhibens regulam: haud inepte sic quidem vocatū existimauerunt: quod tam diu verti debeat quoad recte constituatur. Idem & metrum ē: sicq3 diffinitur. Metrū est pedū iunctura ñumero modoq3 finita. Distat a rythmo q hoc certa quantitate ac numero syllabarum temporūq3 constat certisq3 pedib9 consistit: & clauditur: Illud metri imago est numerum seruans syllabaꝶ positionē sepe sublationēq3 cōtinēs lege pedū: & certā syllabaꝶ quantitate contempta.

Metro accidunt sex. Genus: Species: cōpositio: Cesura: Figura: Depositio.

Genus metri intelligimus cum principale ē & vniforme: nec aliud metrū adnexū habet vt Arma virūq3 cano troie qui prim9 ab oris Generalia metra decē sunt: Dactilicū: Anapestū: Jambicū: Trochaicū: Choriambicū: Peonicū: Jonicū a maiori: ionicū a minori: Antipasticū: Anacreontiū: Solet autē diuersorū metrorū iunctura fieri: vt dactilici & anapestici: hexametri & pentametri.

Species est q̃litas metri que solet esse diuersa i quibusdā generib9 sub choriābico Asclepiadea: Aristephania: Anacreōtia: Sapphica: Compositio est cum versus ex diuersis metroꝶ generib9 compositi sunt. Quales apud lyricos inuenim9 ex diuersis mixtos: vt ex dactilicis & iambicis sicut apud flaccum. Scribere versiculos amore pculsum graui. Est eni semiquinaria pentimemeris iambica cū dimetro iambico. Heroicus simplex est cōpositione quia ex pedibus vnius speciei componitur. Nec tamē similis est pedibus quia

dactilos vel spondeos ponere licet: sexta regione excepta in qua nunq̄ dactilus: et quinta in qua per raro spondeus locatur.

Cęsura est per quam in heroico: hexametro: dedecora: mansio seu terminatio vocum fit: Comam gręce dicitur. Alij ex nostris sectionem vocant.

Sunt autē Cęsure quattuor. Prima est Pentimemeris siue semiquinaria vbi post duos pedes primos superans syllaba inuenitur quę partem orationis terminat. sic Defecisse videt se signari oculis. Ideoq; Pentimemeris appellatur q; post quintam syllabam pedem diuidimus moram quandam pronunciando facientes: cum orationis pars ille expleatur. Secunda est heptimemeris quę semi septenaria latine dicitur: quia septem diuidit et continet septenarij medietatem. In hac post tres pedes syllaba superans inuenitur: vt Italiam fato profugus. Tertia est Trochaica siue κατα τριτον Cum post duos pedes Trocheus orationem perficit vt nil nostri miserere. Quarta est Tetrapodia et Buccolica: cum post quattuor pedes syllaba superat in partem orationis desinens: vt non omnes arbusta viuunt humilesq; mirice.

Cęsura. Item aut simplex est: aut composita: aut coniuncta. Simplex cum vna tm̄ in versu inuenitur in cisio vt Panditur interea domus omnipotentis olimpi.

Composita cum duę: vt est: Infandum Regina iubes renouare dolorem. Coniuncta cum tres vt est Talibus Ilioneus cuncti simul ore fremebāt. Et vel vnam vel duas inueniri in versu necesse est. Tres in eodem versu rarissime reperiuntur. Nam si semiquinariam habet Trochaicam raro habere potest: nisi quando monosyllaba intersit dictio vt munera clara dedit: dat eidem debita pater:. Et contra si tertiā trochaicā habet: semiquinariā raro habere potest. Illud etiā animaduertendū est i cęsura semiquinaria nō obstare q; plures syllabę sūt q̄ quinq; et dimidia: modo post duos

pedes syllaba inueniatur superans: que partem expleat orationis: vt Arma virūqȝ cano: neqȝ mouere debet in semiseptenaria: si plures septem syllabę dum post tres pedes syllaba superetur: vt Italiā fato ꝓfugus. Nomia eni ab eo ꝙ frequētius accidit acceperūt.

Figura est dispositio pedum: ⁊ vis eos in metro variandi: ⁊ sūt heroici versus figurę triginta duę: quarū sunt modi tres. Prim⁹ est Monoschematicus id est vnius figurę: cū sunt aut quinqȝ dactili: aut quinqȝ spondei: ⁊ habes figuras duas. Secundus mod⁹ est Pentaschematicus hoc est figurarū quinqȝ: cum sunt quattuor dactili ⁊ vnus spondeus. Contraqȝ quattuor spondei ⁊ vn⁹ dactilus: ⁊ habes decem. vnus enim inter quattuor mutans loca quinqȝ facit figuras. Tertius modus est Decaschematicus id est decē figurarum: cum duo spondei sunt inter tres dactilos: ⁊ duo dactili inter tres Spondeos: duo enim ⁊ tres cōmutati denas faciunt figuras: ⁊ habes figuras. xx. collige singularem numerū: ⁊ erunt omnes. xxxij: Possumus ⁊ alia ratione figuras in omni metro cognoscere: si computauerimus quot pedes singula loca accipiunt ⁊ numerum multiplicauerimus: quē accipiunt singula loca priora ad numeruȝ pedum quos accipiunt loca sequentia: vt in heroico primus locus accipit duos pedes hoc est Dactilū ⁊ Spondeum. similiter secundus duos: bis duo quatuor fiunt. tertius similiter duos bis quatuor fiunt octo: quartus quoque duos bis octo faciunt sexdecim: quintus duos bis sexdecim. xxxij.

De Depositione.

Depositio ē cuiusqȝ metri desinētia: sūt aūt quattuor Acatalecta: Catelecta: hypercatalecta: Brachicatalecta: Acatalectici sunt singuli versus integri quib⁹ in fine nihil deest: vt soror tonātis hoc enim solū mihi. Est eni senari⁹ iambicus perfectus. Cathelectici sunt quib⁹ dūtaxat syllaba deest: vt perfecti sint: qualis ē apud ho

ratiū Mea renidet in domo Lacunar: Est eni senarius iambicus, vna syllaba minor. Hipcatalectici quibus abundāt vna vel duo syllabę: vt omne hominū genus in terris. Est eni Alcmani⁹ trimeter vna supante syllaba. Brachicatalecticus est cui vt sit pfectus deest integer pes: vel qui pedē plus hʒ q̄ poscit versus dispositio.

De Scansione.



Metro pręterea accidit scansio: quę sic finitur. Scāsio est legitima metri in pedes singulos distinctio ⁊ cōmensuratio: Origo nominis quia per pedes ipsos veluti scala℞ gradus scandētes incedim⁹. In omnibus autē metris pręter q̄ in dactilo pedes duos cōbinare: ⁊ cōduplicare scādendo solemus: ⁊ sub vno quasi ictu efferētes ꝓ vno cōputare. hoc mō Soror tonātis. hoc eni solū mihi. hinc Monometrū vocamus quod duob⁹ pedibus constat. Dimetrū quod quattuor. Trimetrū quod sex. Tetrametrū qđ octo. Dactilicum idcirco excipimus qꝛ cū omēs trisyllabos habeat binis pedib⁹ scādi nō pōt. Scāsioni duo accidunt: synalepha ⁊ echlipsis. Synalepha ē per interemptionē cōcurrentiū inter se vocalium lubrica quedā lenisq; collisio. Ecchlipsis consonantiū cū vocalibus aspere cōcurrentib⁹ difficilis ac dura collisio: Itaq; illa pręcedētis dictiōis vocalis cū sequētis dictionis vocali in scādendo coit: hac m. ⁊ ei adiūcta vocalis cū sequētis dictiōis vocali: Vtriusq; exemplū in hoc versu ē. Littora multū ille ⁊ terris iactat⁹ ⁊ alto. sic eniʒ scandit: Littora: multil: let ter: ris ia: ctatus ⁊: alto. e. ⁊ m. sequentibus vocalib⁹ oīno supprimunt: Et q̄uis i vni⁹ dictiōis fine ⁊ alterius initio synalepha ⁊ ecchlipsis soleāt fieri. est quādo etiā in media dictiōe p hāc duę syllabę i vnā coeāt vt ferreiq; eumenidū thalami: ⁊ centū ęrei claudūt vectes: i ferrei ⁊ ęrei. e. penultimū scādēdo excludit: sʒ hoc prarū ē. Nā i illo orphei calliopea: Lino formosus Apollo. Datiu⁹ grecus ē p synęresim τῷ ὀρφέι καί ὀρφεῖ

In genitiuis quoqз nominum que apud grecos in ευς apud
latinos in eus desinunt : vt θησευς Theseus sepe cum ver/
sus scanditur due vocales in vnam coeunt: vt apud Ouidium.
Notus amor phedre nota est iniuria thesei: & apud Virgiliũ: fur/
tumqз promethei. Idē accidit in accusatiuo vt Mirat̃ & bismarus
orphea: Fiunt preterea i exitu versus synalepha & eclipsis quoti/
ens supabundante syllaba sequēs versus a vocali incboat: vt Ecce
furens animis aderat Tirynthius omnēqз accessum lustrās: & aut
dulcis musti vulcano decoquit humorē. Aut folijs vndā tepidi de
spumat aheni. huiusmodi aũt versus vna syllaba ampliores. hyper
metri appellant̃. Illud itē aduertendũ est in vocaliũ cōcursu non
semp vltimā precedētis syllabe vt dictũ ē abici solere vt apud Vir/
giliũ. Et longũ formose vale vale inquit iolla : & clamarent vt litt⁹
hyla hyla omne sonaret: & post habita coluisse samo: hic illi⁹ arma:
& sub ilio alto. Et credim⁹ an qui amāt ipsi sibi somnia fingũt: & in
sule ionio i magno Idē apud alios poetas frequēter comperies: &
grecorũ fit imitatione qui in cōcursu vocaliũ vocalē nō excludunt
precedentem : sed vel natura vel diphthongo productam inse/
quentis corripiũt vt homer⁹ ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα πολύ
τροπον ὃς μάλα πολλὰ & Theocritus εἰπέ μοι ὦ κορύδων
id & nostri nonnunq̃ faciũt quod in supioribus Virgilij exemplis
cognoscitur vt in vale. vbi est natura longum: vt in hyla: secundo.
vbi & ipsā a natura longum quoniam: nominatiuus est a nomina
tiuo in as id est in dictione qui corripit̃: In his compositis aduer
bijs Dehinc deinde deinceps Proinde collisio in scandendo fieri
frequenter solet Iuuenalis. Dehinc clamore pari concurritur & vi/
ce teli. Virgilius. Sic deinde effatus frondenti tempora Lauro &
Aeneas quo deinde ruis: & experiar tu deinde iubeto vt certet A/
myntbas. Et icipe dameta tu deide sequere Menalca. Itē ꝓinde
tona eloquio solitũ tibi. horati⁹ redde age q̃ deiceps risisti ꝑmia

5

Aliquando nulla sit collisio ut apud eundem poetam. Cogitat ut dehinc speciosa miracula promat. Virgili⁹: dona dehinc auro. Idem accidit in his verbis: deest deerit deerat: Lucanus Non deest pro lato ieiunus venditor auro. Idem quiqȝ fluat multo non derit vulnere sanguis Iuuenalis Pathicus nunq̄ tibi deerit amicus Ouidius: deerat adhuc. Idē: hoc ego quod voci deerat plangere replebam. Nominatiuo quoqȝ dij. ⁊ datiuo ⁊ ablatiuo dijs alterum i scandentes excludimus: ut dij quibus imperium hoc steterat ⁊ dijs aliter visum est. Et cum socijs natoqȝ penatibus: ⁊ magnis dijs. Cui ⁊ huic monosyllaba interdum sunt: ut cui pater intactam dederat: Et huic coniunx sicheus erat: Interdum non: ut O regina nouam cui condere Iuppiter vrbem. Heu quoqȝ monasyllabam pro dissillabo positum inuenitur apud Virgilium: heu q̄ pingui macer est mihi taurus i aruo. S. ex dictionis principio cum versus scanditur sepe excluditur: ut apud Lucanum: Terga sedent crebro maculis distincta smaragdo. ⁊ apud hortatiū: Linquimus insani ridentes premia scribe: ⁊ apud Tibullum O q̄tū est auri pereat potiusqȝ smaragdi. Item eadem littera in fine dictionis. ⁊ vna adiuncta vocalis cū sequens dictio a vocali incipit quandoqȝ excluditur: ut apud virgilium: Inter se coijsse viros ⁊ decernere ferro. Illud quoqȝ aduertendum est. v. positū post. s. sequēte vocali in eadem syllaba amittere vim littere ⁊ scandendo excludi ut in suadeo ⁊ suetus Virgili⁹. Suadet eni vesana fames ⁊ q̄b⁹ acer erix in prelia suet⁹. Illud quoqȝ nō te fugiat. m. sequēte vocali apud vetustissimos nō sēmp excuti cōsueuisse. Ennius insignita fere tum milia militū octo. Idē ⁊ apud iuniores vsurpatū reperies aspirata precipue sequente vocali ut apud Iuuenalē viuendū est recte: tum propter plurima cū his: Licet hoc rarissimū sit. Nec illud admonuisse ab re fuerit solitos esse veteres addere aliquid vel detrahere dictionibus ut in reliquie ⁊ religio: nam cum. l simplici scribātur sitqȝ. e. vocalis correpta natura versus tn̄ gratia

l. geminat̃ Virgili⁹ Troas relliquias danaum. Idē relligione pa/
truȝ A Iuuenali induperator pro imperator dicit̃: Nauita vero ꝓ
nauta. Mauors pro mars per epenthesim que est positio quedaȝ
in media dictione littere vel sillabe frequentissimum est. Detrahi
tur per sincopem que est ablatio de media dictione littere vel sylla
be vt duxti pro duxisti Propertius: ⁊ quotiens raro duxti suspiria
motu: Sed iam de potestate litterarum q̄ breuissime dissseramus.

De potestatibus litterarum:



Itterarū alie vocales: alie cōsonantes. Vocales sūt numero quinqȝ. a. e. i. o. u. vtimur etiam. y. grecorū causa nominū. Et vocales quidem dicunt̃ q̄ per se voces perficiunt: vel sine quibus vox litteralis esse non potest. vñ ⁊ nomē hoc precipue sibi defendūt Greci quoqȝ φωνηεντα ἀπο της φωνης hoc ē a voce nomiaue rūt. Cetere eni que cū his ꝓferunt̃ cōsonantes appellant̃. Omēs aūt apud latinos sunt ancipites vel liquide hoc est: que facile mō ꝓduci mō corripi possint. Sicut etiā apud antiquissimos erāt grecoꝝ ante inentionē. η. ⁊. ω. quib⁹ inuentis. ε. ⁊. ο. que ante ancipites erāt remansere perpetuo breues cum earū producta loca possessa sint a supradictis vocalibus semꝑ longis.

De A vocali.



Vocalis vbiqȝ sola lōga est: cōsonantib⁹ vero addita anceps ē: vt fama fatigo. cōis si muta cū liquida seq̄tur vt patres persius. Hos pueris monit⁹ patres infundere Lippos Virgili⁹ Relligione patrum apud grecos quoqȝ λίχρυον hoc ē bitēporcū a: ⁊ i hac dictione troades modo corripitur At procul in sola secrete. troades acta. Et troades in video modo producitur Persius non mihi polydamas ⁊ troades labeonem pretulerint.

De .E.

E Apud grecos semper breuiatur: apud nos per se producitur semper: Alijs iuncta anceps est vt legi leges lego. In grecis dictionibus in quibus.h.fuerit siue illud in .a.siue in.e.vertentes mutauerimus producere semper solemus vt θήβη thebe πριήνη priene μιλήτος milenis ὅμηρος homerus.

De .J.

